Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
30 M B
35

N.4

DE PVRGATORIO animarum poſt hanc vitam expiandarum, per Ioannẽ Tauerneriũ Calniacenſem, doctorem Sorbonicum.

Eiuſdem de veritate Corporis, & ſanguinis Chriſti in ſacramẽto altaris omnia cum Indice.

Cum priuilegio Regis.

Vęneunt apud Viuantium Gaultherot ſub interſignio D. Martini.

1551

In hoc opuſculo probatur purgatorium ad defunctorum animas purificãdas ſpectans, Imprimis ex ſex ſacræ ſcripturæ locis cum eorundem interpretationibus. Deinde ex Eccleſiæ catholicæ authoritate multiphariam declarata, canonúmque aliquot & Conciliorũ decretis. Adhec ex ſacrorum doctorum, aliorũque veterum patrum numero. 42. ſententiis per ordinem expreſſis, preter alios hic illic inſertos, quorum nomina ſubnectuntur.

Clemens.

Dionyſius. &c.

Addũtur preterea rationes aliquot *In eam rem nõ inefficaces authoritatibus quoque ab aduerſariis in contrarium afferri ſolitis ſatisfit. Aliíque ſacrorum voluminũ loci catholicæ noſtræ aſſertioni fauẽtes leuiter proferũtur. Poſtremo inuitantur optimi quique Chriſtiani perſeuerare in Chriſtiana ſanctáque Purgatorij perſuaſione, quam à principio didicerũt per Eccleſiam catholicam. Declarantur etiam multa ac varia offerri ac fieri in vtilitatem defunctorum iuxta piam Eccleſiæ conſuetudinem.*

AVTHORES eccleſiaſtici qui in hoc opere citantur, & tẽpus quo claruerunt.

Athanaſius epiſcopus 379
Ambroſius epiſcopus Mediolanenſis. 380.
Auguſtinus. 433.
Anſelmus epiſcopus. Canthuarienſis. 1080.
Alfonſus Tonſtathus.
Baſilius epiſcopus. 380.
Beda venerabilis. 732
Bernardus. 1110
Bruno cartuſienſis. 1132.

C

Clemens papa & martyr. 103
Cyprianus martir. 249.
Concilia generalia.
Chryſoſtomus. 411
Cyrillus epiſcopus. 432
Chriſtianus druthmarus 855

D

Dionyſius Areopagita. 96
Damaſcenus. 390

E

Euſebius epiſcopus Cæſarienſis. 320
Epiphannius 390
Guido de perpiniano epiſcopus 133
Gabriel biel 1330
Gregorius niſſemus
Gregorius epiſcopus Nazianzenus 390

H

Hylarius Pictauiẽſis 371
Hieronymus 422
Haymo epiſcopus. 834
Hugo de ſancto Victore. 1130
Hugo Cardinalis. 1240

Innocētius papa 1200
Ignatius martyr. 111
Irenæus martyr. 175
Iſychius preſbyter. 390
Ioannes Damaſcenus. 390
Iſidorus Hiſpalenſis. 630
Ioānes Gerſon. 1429.
Ludouicus Francorum Rex 1228
Ludolfus Cartuſianus
Leo papa. 461
Nicolaus de Lyra. 1320
Nicolaus Siculus Panormitanus. 1435

O

Origenes' 261

P

Petrus Lombardus. 1140
Paulinus 420
Rabanus epiſcopus. 855
Rupertus Tuicenſis. 1124
Rupertus holkot. 1349
Sedulius preſbyter. 430

T

Tertullianus 200
Theophylactus. 863
Thomas Aquinas 1274
Theodorus epiſcopus 390
Thomas Vvaldeng. 1430.
Vincentius Gallus 1240

HENRY par la grace de dieu Roy de Frãce, au Preuoſt de Paris, Baillif de Rouen, Seneſchal de Liõ, Grenoble, Tholoze, Bordeaux, Poyctou, Berry, champaigne, Iuge Dãiou, & du Maine, A tous noz aultres iuſticiers & officiers, ou leurs lieutenans & à chacun deux ſi comme à luy appartiendra ſalut, Receu auons lhumble ſupplication, de noſtre cher & bien amé Sebaſtien Niuelle, marchãt libraire de noſtre vniuerſitè de Paris: contenant comme ledict à recouuert vn liure intitulè Ioannes Tauernerius Calniacenſis, de Purgatorio, lequel liure il vouldroit faire volũtiers imprimer, vendre diſtribuer & mettre en vente, lumiere & impreſsion, mais il doubte que aultres libraires & imprimeurs les voulliſſent pareillement imprimer, ou faire imprimer, & par ce moyẽ ledict ſuppliant ſeroit fruſtré de ſon labeur, ſi par nous ne luy eſtoit ſur ce pourueu, de noſtre grace humblement requerant icelle: Parquoy nous ces choſes conſiderees, deſirant de tout noſtre pouuoir la cognoiſſance des bonnes lettres eſtre manifeſtee à noz ſubiects, pour & pareille exemple imiter & enſuyure les choſes vertueuſes, & fuir les mauuaiſes, inclinant liberallemẽt à la ſupplication dudit ſuppliant, ne voulant le merite de

ſon labeur luy eſtre tollu,ne le recouurement de ſes deniers,fraiz &miſes luy eſtre empeſché,Pour ces cauſes auõs de noſtre grace eſpecial audit ſup pliant, donné priuilege,congé, licence,& permiſ ſion,deimprimer ou faire imprimer,& mettre en vente ledit liure,cy deſſus mentioné : Auec inhi bitiõ & deffenſes,à tous libraires &ĩprimeurs,& aultres quil appartiendra,de nõ imprimer,ou fai re imprimer,& mettre en vente ledit liure,ſans le vouloir & conſentement dudit ſuppliant, dedãs le temps & terme de ſix ans,conſecutifz, finiz & accomplis,commencans au iour & datte que le-dit liure ſera acheué deimprimer,ſur peine de cõ fiſcation deſdits liures,& damande arbitraire,de ce faire vous auõs & à vn chaſcũ de vous ſur ce re quis,& comme à luy appartiendra,donne,& par ces preſentes donnons plain pouuoir & commiſ ſion, authorité & mandement, à tous noz iuſti-ciers,officiers & ſubiects,que en ce faiſant ſoit o bey,car tel eſt noſtre plaiſir:nonobſtant quelcõ-ques lettres ad ce contraires: Donné à Paris, le huictieſme iour de Nouembre, lan de grace mil cinq cens cinquante, & de noſtre regne le qua-trieſme. Par le conſeil.

Guiot.

Et cellé ſur ſimple queue de cire iaulne.

REVERENDISSIMO Illuſtriſsimóque Cardinali Archipreſuli Remenſi Carolo à Lothoringia, Ioãnes Tauernerius doctor Theologus perpetuã fœlicitatem.

MIrari ſatis nemo quiuerit, Reuerẽdiſ. iuxtà ac Generoſiſ. Cardinalis, cum exclamet ſapientiſſimus Salomon, & non ſemel repetat in hunc modum: Vanitas vanitatum dicit Eccleſiaſtes, Vanitas vanitatum, & omnia vanitas, quòd multi ex Chriſtianis, etiam ex iis qui iuxta verbum B. Pauli videntur columnæ eſſe, ac ſupra modum Apoſtoli, hoc eſt, præ aliis miſsi, ac inſtituti: vt Chriſtum toti ſpirent. Reſe-

Eccl.1.& 12.
Gal.2.
2.Cor.12.

rant & redoleāt,quaſi vbique bonus Chriſti o-
2.Cor..2. dor.(de iis enim quæ foris ſunt hoc eſt,qui ſecu
larem viuunt vitam,multo minus mirandum vi-
detur) vſque adeo ſuſpiciant,ac velut maximi pē
dant ea quæ pluſquam vana reputari debēt Ad=
mirantur enim nonnulli fallaces diuitias,opes flu
xas,ſuperbos ſeculi faſtus, mundanos ſtrepitus.
Eburnęos thalamos,menſas auro argentóque o-
neratas,pegrina tapeta,aulea Babylonica ſtatuas,
imagineſué affabrè efformatas,adulatores, ſtipa-
tores,famulos,laterones,pompas,honores, magi
ſtratus,faſces, dignitates,terrenā denique gloriā
omnem, Alii quaſi ventris mancipia,ceu pecora
in terram prona,nec excitati ſtatura ſua cœlū ver
ſus erecta,ſectantur riſus,ſales, foros, ſcommata,
vnguenta,aromata, comeſſationes,compotatio-
nes,luxū,oblectamēta,delitias,voluptates, & om
nes iſtiuſmodi illecebras. Cæteri affectant cum
Luc.16. diuite Epulone indui purpura, & Byſſo, & ve-
ſtibus ornari ſumptuoſis præcioſiſque, ac mo-
libus, quorum copia (teſte Chriſto domino)
Matt.11. in domibus regū eſt. Reliqui forma corporis &
vultus elegantia illaqueantur, ac velut attoniti
Luc.7. ad inſolitum carnis decorem obſtupeſcunt. Alii
contra B.Pauli verbum implicant ſe negotiis ſe-
2.Timo.2. cularibus,cū toti deberēt militare deo,vt ei pla-
cerent cui ſe probauerunt:ſi enim omnis etiam la
icus qui in agone Chriſtiano contendit ab om-
1.Cor.9. nibus ſe abſtinet vt coronam accipiat incorru-
ptam:quanto magis id ipſum preſtare decet dei
miniſtros,vt bono certamine certato curſu con-
ſum-

mato,ſeruata fide, repoſitam ſibi iuſtitæ coronã à domino iuſto iudice tandẽ recipiant. Pauci nihil aliud quàm verſantur in quibuſdam friuolis, prætermiſsis vtilioribus ſcientiis & doctrinis,ad veram pietatem faciẽtibus: immo hi vanis artibus dediti ſunt, aut ſoli ſermonum pompæ addicti, præterquam quòd ſæpenumero ſectas malas, & improba dogmata renouare ſtudent aut defenſare. De quibus omnib⁹ pro maiore parte, ne quid peius, ſaltem id iure optimo dixerit quiſq; cum Salomone, quod prelibatum eſt: vanitas vanitatũ,& omnia vanitas. At deo optimo maximo gratias. Tu ſapiẽtiſsime Cardinalis longè melius, vt pulchrè decet ampliſsimam dignitatẽ tuam, iſtis omnibus poſthabitis, virtutem præ cæteris, & religionem impenſè diligis, amas, colis. Et merito quidem, nam quid ſunt omnia bona temporaria, niſi res caducæ inanes, bullis vaniores: & quæ plus incommodi hominibus inuehunt quã emolumenti aut adiumẽti ad germanum honorem & veram ſalutem conſequendum. Vnde reprobi præ anguſtia ſpiritus gementes ingeminãt apud inferos: Quid nobis profuit ſuperbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Tranſierunt omnia illa tanquam vmbra, nos nati continuò deſiuimus eſſe, & virtutis quidem nullum ſignum valuimus oſtendere: in malignitate autẽ noſtra conſumpti ſumus. Quid obſecro, habent nunc qui anteà ſecundum mundum floruerunt? niſi quòd ex momentanea lętitia tranſierunt ad triſtitiam ſempiternam, exemplo diuitis Epulo-

2. Timo. 4. *Eccl. 1. & 12.* *Sap. 5.* *Luc. 16.*

nis in Baratrum ocyùs detracti: quaſi enim per amœna prata ad foueam tetenderũt, & per floru lentos hortos in carcerem perpetuũ rapti ſunt. Eant nunc qui vitam agentes Chriſtianis indignam ducunt, in bonis dies ſuos, nam in puncto ad inferna deſcendent, ſenſuri quam male ſibi proſpexerint. Quàm turpe quam ſcœleſtum ſit, cum Chriſtus nos ex hominibus angelos fieri velit, ex hominibus in belluas ſpontè mutari: ventri enim ſeruire, cupiditati pecuniarum ſemper inhiare, iraſci, mordere, calcitrare non hominum, ſed belluarum potius eſt. Et ſingulæ quidem beſtiæ ſingulos habent affectus, at ſi quis Chriſtiana vita pri⁹ abiecta, ſibi omnia pro arbitrio indulgeat: non modo bellua, ſed monſtrum multiforme ac variũ euadit, quòd nullã omnino veniã à natura meretur, cum à voluntate & ſententia noſtra, omnis ea malitia proficiſcatur. Quod ipſum dignè perpendens ſtudioſiſsimè Cardinalis, luctaris cũ vitiis oĩbus, et ĩprimis carni negas voluptates vt ipſam homini interiori ſubdas, vt ſit pax in domicilio cordis, ne carni viuendo placere deo non poſsis, coram quo, vt iuſſum eſt Abrahæ ambulare, & perfectus eſſe in votis habes: Cum enim multis poſſes bonis temporalibus frui, vni virtuti totus incumbis & vnam præ cæteris religionem ac pietatem ceu indiuiduam ducem eligis. Quo fit vt te ſuſpiciant omnes, & admirabundi contemplentur, non quòd tam magni penderis à Chriſti-

Iob .21.

Matt.22.

Ro.8.

Gen.17.

aniſsimo Rege noſtro Henrico, à cuius latere vix vnquam diſcedis, ſedcui in quibuſcunque es à ſecretis, quam quod es virtute, ſapientia pietate, nimiſquoque īſignis, vt nullū (auſim dicere) vſquā terrarum pro etate parem habeas. Sed propter quæ nō debeas altum ſapere vt loquitur B. Paulus ne dicam ſuperbire quin potius reputes te deo opti. max. (à quo his amplisſimè oneſtatus es.) Quid enim habes, quod non accepiſti? deuin ctiorem ac obligatiorem, vt quæ ſunt gloriæ eius & Chriſtianismi, indies ampliùs feruentiúſque cures: nec enim citra prouidentiam diuinam tot tibi talenta concredita ſunt, & plura quàm aliis: ſed vt ea ad ipſius dei largitoris honorem, Eccleſiæ defenſionem, Chriſtianæ religionis incrementum, & ad tuam ipſius tuorúmque vtilitatem, ac ſalutem, non tam corporalem quàm ſpiritualtm multiplices, alioqui à te cui multum datum eſt multum queretur, vt eſt in ſacro Euāgelio. Tanto enim quiſque maioris eſt criminis reus, quanto plura ſuſcepit dona, quæ ſi perperam deſpenſet ſuo fungitur offi cio: aut quo amplius norit quæ agenda ſunt, ſi hæc egerit negligentius, quod abſit vt de te opinari debeamus aut poſſimus qui dum talenta cōmunicata, vt par eſt, multiplicicas, bene om inamur futurū, vt dētur tibi, & alia iuxta illud domini promiſſum: Omni habēti dabitur & abū dabit, tibi inquā qui tot dei donis benè vteris ad omnes, maximè autē ad domeſticos fidei probè

Ro. 16.

1. Corint. 4.

Luc. 12.

Matt. 25.

Galat.6. ſciens apud deum acceptius eſſe nihil quàm com mune bonũ, tũ vero ſpirituale. Hæc autẽ cõme moro cardinalis optime non quo te velim aut docere, aut inſtigare, ad tuum munus legitimè obeundum, cum eius ſis omnium longe ſtudioſiſſ. ſed magis vt alios, ad te velut ad viuam quan dã & abſolutiſsimã probitatis, ac omnis religio- nis ideã accurate ĩtuẽtes, ĩuitem ſtudioſius peragẽ re quæ ſuarum ſunt partium, libenter enim totus componitur orbis Regis ad exemplum & ſecundũ iudicem populi, ſic & miniſtri eius, & qua
Eccleſ.10. lis eſt rectorciuitatis, tales & habitãtes in ea. Pro-
Matth.5. inde ſanctis Apoſtolis, & eorum nomine omnibus Eccleſiæ prælatis iubet Chriſtus: vt lux ipſorum luceat coram homnibus, & glorificetur pater eorum qui in cœlis eſt. Dum ergo virtutibus, ſanctimonia, pietate'emicas præ aliis nobiliſsime iuxtà ac ſapientiſsime Cardinalis, nõ tibi ipſi duntaxat conſulis, ſed diuino inſuper honori ſtudes, quod vnum prę reliquis omnibus deſiderabile eſſe debet optimo cuique. Si enim Regis terreni gloriæ proſpicienter inuigilare vel inſeruire
Apoc.19. magnificum eſt ac glorioſum, quãto queſo, præſtãtius eſt dei opt. max. Regis regũ, & domini dominãtium laudem, gloriam, & honorem amplificare & propagare? Cui quidem excellentiæ atteſtatur quod ille ipſe deus promittit iis qui ipſum honorificauerint nempe quod & ipſe glorificabit eos, ſicut rurſus minatur iis qui ipſum contẽ-
1.Reg.2. nunt, quod erũt ignobiles. Quod ſatis ſuperquę miſera hac tempeſtate noſtro malo experimur.

Vnde enim quãplurimi Antiſtites eccleſiæ nunc nihili fiunt, quorum tamen maiores prioribus ſeculis, ceu pro diis in terra habebãtur, & pro quibus alii ceruices ſuas gladiis ſupponere certabant & oculos ſi fieri poſſet eruere: niſi quoniam Dei honorem poſtponunt ſuis deliciis, pompis bonı́ſue aliis temporalibus. Vis ergo Cardinalis optime, nomen tuum veræ immortalitati commendare? vis in precio ſemper haberi, & iure? vis dignè laudari? Ante omnia præ cæteris toto ſtudio inſiſte defenſionis eccleſie ac fidei, Chriſtianiſmi augmento, dei glorie ac precipuo honori: & per ſecula glorioſiſsimus viues, necnõ & illuſtriſsimam principum Lothoringie familiam veſtram, indies Illuſtriorẽ reddes, quamuis multis nominibus inclareſcat: cum ob preclara virtutum facinora, tum ob antiquiſsimam veſtratium omnium pietatem in Chriſtianismũ: nec minus propter expugnationem Lutheranorũ ac victorioſam contra eoſdẽ expeditionẽ: quã quidẽ ſumma cũ laude ante aliquot annos cõfecit nobiliſsimus ac fidei obſeruãtiſsimus pater tuus princeps ac. D. à Guyſia. Si autẽ fratres tui ſtrenuiſsimi per egregia belli geſta nõ parũ illuſtrãt genus veſtrũ: quanto magis ipſum digne celebrabis pientiſsime Cardinalis, preclare te gerendo in militia ſpirituali, protegendo Eccleſiam dei & religionem Chriſtianam cõtra aduerſarios fidei, qui nũc mirum in modum paſsim inualeſcũt? Si omnes mortales (vt inquit ille) ſeſe laudarier optant: bonum faciant, & habebunt laudem ex ipſo, etiam apud

Roma. 16.
Galat. 4.

Rom.13. poteſtatem gentilem,teſte. B.Paulo:ac proinde longe magis apud deum, indubitatum omnis bo ni remuneratorem.Multis perquam optabile eſt, vt gloriofi ſint in terris:ſed quãto melius eſt glo rioſum euadere in celo?Quo enim preſtantius eſt celum quam terra,eo magnificentior eſt celeſtis gloria quam terrena:hec cum vita temporali e-
Ro.2. uaneſcit,illa imperpetuum perſeuerat in celo. Si gloria,& honor,& pax (vt ait diuinus apoſtolus) omni operanti bonum:quanto quis circa excellentius bonũ ſtudioſius verſatur, tanto amplius clarificabitur: quod autem bonum in terris poteſt conferri ſtudio diuini nominis propagandi, aut feruenti voto fidei tuendæ?Quam quidẽ etſi quicunque Chriſto nomina dederũt,fortiter tu tari debent,tum maxime omnes qui Cardinalitia dignitate fulgent, inter quos velut heſperus aut lucifer inter ſtellas clariſsimus rutilas. Qui autem ceteros dignitate preſtant & authoritate maiori quoque debent ſapientia ac pietate in deum effulgere,quo ceteris exemplo ſint virtutem colendi,& diuina mandata ſeruandi.Sic verè erũt ſal terre,quorũ doctrinis ceterorum corda ne in peccatis putreſcant,condientur.Sic verè erũt lux
Matt.5. mundi,ciuitas ſupra montem poſita, lucerna ſuper candelabrum lucens: vt omnibus conſpicui, oẽs qui ſanctè innocẽterque volẽt viuere,ſuo illuminẽt exẽplo,ſuæ famæ gloria cõcitẽt ad virtutẽ. Ita aũt tenẽtur Cardinales fidem ac Religionem chriſtianã tutari:vt ſua oĩa ſeque ipſos ĩpẽdere in fidei propugnationẽ atque promotionẽ nõ ſuffu

giāt:cui' rei ipſos ſatis admonet īſigneillud quod pre ceteris perpetuo geſtant. Ad hoc enim o reue rēdiſs. Cardinales, rubrū capite pileū ſeu galerū vos ferre voluit, & donauit Innocēti' quart' pōtifex maximus: quo abunde informaret veſtrum ordinē lōge eminētiſsimū, nūq̃ nō paratū eſſe debere ſanguinē profundere veſtrū, nedū oīa tēporalia expendere, pro germana fidelis populi libertate, ſynceráque fide cōſeruāda atque promouēda: vtpote qui à ſpeculandi & cuſtodiendi munere Epiſcopi appellamini, ímo à cardine ceu ī quo res Chriſtiana tota volui habeat, Cardinales nominamini. Siquidēvos ſummi eccleſiæ dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo, vindices: vos præcipui communis omnium ſalutis cuſtodes, & vt proximi Apoſtolorū ſucceſſores, ita Chriſtiani nomini potentiſsimi conſeruatores. Nō poteſt (inquit ipſe Chriſtus dominus) ciuitas ſupra montem poſita abſcondi, Tu illuſtriſsime Cardinalis velut mons emines, & ſupra montem Chriſtum qui ſine manibus exciſus creuit in magnum montem, & impleuit vniuerſam terram, es poſitus non ſolum vt ciuitas, quia pluribus aliis longè prę́ſtas, ideo abſcondi nō potes. Quo fit vt oculos in te vnum conuertant omnes, velut ad præcipuum ac ſingularem Chriſtianæ religionis ſcopū. Qui talem te conſpicantur, & propius expendunt, qualem te decet erga Chriſtum dominum, ac eius pietatem, religionem, fidem, patrem cœleſtem apprimè glorificant, ſicut ē diuerſo blaſphematur nomen domini propter

Act. 20.

Matt. 5.

Dan. 2.

alios qui non ſunt in officio ſuo. Hinc tibi Chri
Matth.25. ſtus cùm venerit in maieſtate ſua, & omnes ange-
li cum eo coram omnibus tum Regibus, tum a-
liis quibuſcunque qui à cõſtitutione mundi ad
finem vſque futuri ſunt: Euge (inquiet) ſerue bo
Ibidem. ne & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra
multa te conſtituam, intra in gaudiũ domini tui:
quemadmodum rurſus obiiciet ipſe negligenti-
bus prælatis, quòd per eos ſtetit quò minus fuit
dignè honoratus in hoc Chriſtianiſsimo Gallia
rum Regno, tum maximè vbi hi Regem Chriſti
gloriæ addictiſsimum nacti erant. Quare cum tu
ſapientiſsime Cardinalis ſolerter attendas quan-
tum Chriſto debeas, & quantum apud Henricũ
Regem noſtrum Chriſtianiſsimum poſsis, perq̃
bene agis, & pro officio tuo, dũ ſummopere ad-
uigilas ꝓmouere ea quæ ſunt religionis noſtræ,
certò ſciens aliquãdo fore quod tibi imprope-
raretur à Chriſto, ſi quid forte pro te (quod ab-
ſit) in re tam ſeria, quàm pia omitteretur: non ſe-
cus ac tu quoque ſeruis tuis obiectaris, & quidẽ
iure optimo qui non procurarent tuum honorẽ
per omnia, cum facilè poſſent. Si enim imperator
militem non iniuria arguit tradidiſſe propugna-
culum quod potuit vel tutari vel liberare, & ne-
3.Eſdr.3. glexit: nonne & qui cernit veritatẽ ab impiis ex-
pugnari, vel ſaltẽ acrius oppugnari. (Vinci enim
haud poteſt veritas, ſed tãdem ſuper omnia vin-
cit) nec hiſcere quidem vult, vt tutetur, tacẽs ex-
pugnauit ex hoc ipſo quòd paſſus eſt eam peſſun
dari, vel vehementius inuadi? At mirifice laude-
tur

tur altiſsimus quod te vnum hoc tempore nacti ſumus, quanquã ætate iuniorem multis aliis, ſenum tamen prudentia vſque adeo pollentem, vt merito prędicare poſsimus ſenectutẽ tibi ineſſe venerabilem: nõ quidem adhuc diuturnã neque numero annorum computatam, vt eſt apud Sapientem, (cani enim ſunt tui ſenſus hominis, & ętas ſenectutis vita immaculata) ſed omni virtutũ copia ita affatim cumulatam, vt quicũque ſuper iis fient certiores, te magis ſint admiraturi, quã digne, & vt par eſt, vnquam celebraturi: vt pote quem ceu quẽdem ſolem pro omnibus vnũ, mũdo ſatis eſſe illuſtrando prędicare iure queãt. Tot autem tantarúmque virtutum tuarum ingentiũ contemplatione illectus, ſimul & tuorum erga me beneficiorum memoria extimulatus: vt ſaltẽ nonnihil vice gratiarum ampliſsimæ dignitati tuæ offerre valerem, opere precium facturum me putaui, ſi tuo nomini nuncuparem opuſculum quoddam meum de Purgatorio inſcriptum, vt tuis inſuper fauſtioribus auſpiciis tutius prodiret in publicum, dũ ipſum obuiis (vt autem) vlnis excipe fouere, tutari nõ recuſabis: quodhaud dubie ſine patrono, ſine vindice & tanto quidẽ quantus es, non tam tuto hac preſertim ętate emergere poſſet fere autem fit vt optimum quodque opus fœlicius veniat in lucem, cui viri pręcellentes alicunde tanquam tutores adhibẽtur: ſi modo quia valent ipſi autoritate, nec non & fide prudentiáque, dedicatũ ſibi tum illuſtrare tũ defenſare non minus velint quam poſsint. Sap. 4.

Quamobrem cùm opuſculo meo de Purgatorio deligẽdus eſſet patronus, eo libẽti' te te pre cunctis optaui Cardinalis circunſpectiſsime quo maioris es auctoritatis, & quo es amantior eorum que in toto orbe Chriſtiano fiunt in ſubleuamen deffunctorum in altero' ſeculo plene purgandorum. Quod quidẽ clariſsimum euadit vel ex iis que vt impigerrime ita religioſiſsime curaſti facta in parentalibus ſeu funebribus exequiis nobiliſsimi patris tui. D. Claudii à Guyſia nuper è viuis ſublati. Vbi pre cæteris vere in officio tuo fuiſti, dum vltra largiſsimas in quoſuis egenos collatas eleemoſinas, preces ex animo fudiſti quã plurimas ad deum optimum maximum pro pace ac quiete eius in dño: nec non & ſacroſanctum Chriſti domini ſacrificium tũ priuatim, tum publice frequentari deuotiſsime feciſti: ne vno quidem interim omiſſo ex aliis officiis eccleſiaſticis offerri & fieri ſolitis nomine deffunctorum vt à peccatis ſoluantur, ſciens videlicet iuxta diuinã ſcripturam quam ſancta & ſalubris ſit cogitatio
2.Macha.12. pro ipſis exorare, tum maxime pro tam Chriſtiano tantáque in deum & ſuperos omnes pietate inſigni viro, qualis ſemper vixit antea ſpectatiſſimus parens tuus. De cuius quidem eximia in Chriſtum pietate, déque ipſius prõptiſsimo affectu potiſsimum erga ſacram ſynaxin & in primis venerandum altaris ſacrificium, digne teſtari pleriq; poſſunt: ſed & ego licet oĩum hac in re minimus, oculatiſsimus tamen teſtis ſum, quanta reuerentia quàm pia religione, quãque religioſa pie-

tate aſsiſteret ſacro miſſæ officio, vſque adeo vt tantiſper donec incruenta illa hoſtia pura, ſancta, immaculata deo patri offerretur, extra mortale corpus magis raptus merito videri poſſet, quam humanis affectibus aut corporeis vti ſenſib⁹. Vnde quicunque ipſum propius obſeruabant, mirũ in modum ſuam ipſorum deuotionem intendebant. Cuius tunc temporis ſermo & geſtus precãtis cum diſciplina vtique Chriſtiana, quietem cõtinebat & pudorem, dum cogitaret ſe ſub dei cõſpectu ſtare. Probè ſciebat videlicet diuinis oculis placendum eſſe, & habitu corporis, & vocis modulo: & congruum eſſe verecundo modeſtis precibus orare, non tam voce quã corde loquendo. Siquidem intelligebat & deum tacentes audire, & ſe exoraturum efficaciter, quod in fide nihil heſitans poſtulabat, non eleuatis impudenter ad celum oculis, nec manibus inſolenter erectis. Sanctum pectus nonnunquam percutiens, quaſi peccata intus clauſa conteſtans, diuinæ miſericordię humiliter implorabat auxilium, quem indubitanter exaudiebat qui humilibus ignoſcit & dat gratiam. Propterea quanto nobilior erat pientiſsimus pater tuus ô clariſsime Cardinalis, tanto ſubmiſsiore Chriſtũ dominum animo ac profundiori corde venerabundus adorabat, non immemor eius quod monens Eccleſiaſticus Quanto (Inquit) magn⁹ es, humilia te in oĩbus, & corã deo inuenies gratiã: quoniã magna potẽtia dei ſolius, & ab humilib⁹ honoratur. Frequenti quoq; *Eccl.4.*

memoria repetebat quàm ſubmiſſe adorauerit
.R.g.8. Salomon quanquam rex magnificentiſſimus, In dedicatione tẽpli vtrũq; genu in terrã figẽs,& manus expãdens ad celũ.Ideo & ipſe optimus parẽs tuus aperto ſemper capite,& vtroque humi defixo genu ſacroſanctam in Miſſæ Euchariſtiam pientiſsime collebat. Quo quidem vno inſigni exemplo confundebãtur aduerſarii ſacrę hoſtiæ in ſacra Miſſa veraciter oblatę: ru rſus boni confirmabantur Chriſtiani,cum attentius circunſpi cieban t illum iunctis ſumma cum religione manibus, ac mitibus oculis piam deuotionem ac Chriſtianam pietatem mirabiliter ſperantibus atque humillime fixis in venerabile ſacramẽtum ferri.Neque enim mouebat huc illuc oculos, q̃ mos eſt multorum improbandus, eorundẽmq; magnam præ ſe incõſtantiam ferentiũ, quãdo oportet deuotioni ac reuerentię tanto ſacramento debite totum applicare animũ.Didicerat (nõ dubito)Religioſiſsimus vir ex diuo Chriſoſtomo,per id tempus angelos ſacerdoti aſsidere, & cœleſtium poteſtatem vniuerſum ordinem clamores excitare,& locum altari vicinum in illius honorem qui immolatur,angelorum choris plenum eſſe,quaſi fulgentibus indutorum veſtib⁹, altare ipſum circundantium,denique ſic capitibus inclinatorum,vt ſi quis milites preſente rege ſtantes videat,quanto magis ergo non ignorabat & ſe debere talem preſtare honorem Chriſto domino in ſacrificio Miſſæ? & tanto quidem amplius,quanto inferior eſt quiuis homo natura

Lib.6.De ſacerdotio.

angelica. Vnde & ipſe nempe religionis obſeruã-
tiſsimus, quoaduſque erat in altari venerandum
ſacrum, haudquaquam ſuſtinuiſſet confabulari
cuiquam, aut geſtus, vel minimum inordinatos
facere. Quod vtinam multi etiã ex principibus
Chriſtianis dignè obſeruarent vt equum eſt, ſic
enĩ nõ retinerẽt tũc iuxta ſe vel moriones, vel a-
dulatores, vel cõfabulatores, vel quoquo modo
ipſos à debito cultu prepediẽtes. Quãdoquidem
debẽt oẽs ad vnũ inde, cũ deo optimo maximo ſa
crificatur & offertur oblatio illa mũda, tã pro vi *Malach.1.*
uis quam pro mortuis fidelibus, nichil aliud quã
aut preces ex intimis precordiis fundere, aut tan-
tum myſterium altiſsime cõtemplari, aut humil-
lime venerari. Decet, decet omnia procul elumi-
na re, quecunque pium affectum, deuotionẽ ſan-
ctam, Chriſtianam religionem, vel remorari vel
extenuare poſſunt: quod vnice obſeruatum ſate
git Chriſtianiſsimus parens tuus, donec in terris
mortalem egit vitam. Hec eò libentius atque tu-
tius dictitarim quo debeo minus iudicari qui
velim vlla ex parte adulari tanto viro iam extra
ſeculum hoc rapto. Quamuis enĩ ſcriptũ ſit: An *Ecc'.11.*
te mortem ne laudes hominem quenquam, quia
videlicet nimis abſurdum ſit militem adhuc in
certamine conſiſtentem quaſi iam victorem pre-
dicare, quem non niſi bello fœliciter confecto
condigna palma triumphantem conſequi debet:
at rurſus concinit Pſaltes regius: laudabũtur om
nes recti corde, & ſapiẽs Hebręus: vir fidelis mul *Prou.28.*
tum laudabitur. Et qui graditur ſapienter, lau-

Pſal.63. dabitur,& alter inquit:Beatus diues qui inuent⁹
eſt ſine macula,& qui poſt aurum non abiit, nec
Prou.28. Eccl.31. ſperauit ĩ pecunia & theſauris:quis eſt hic: & lau
Eccl.44. dabim⁹ eũ.Ad quod quidẽ & alios inuitat dñ ait:
laudemus viros glorioſos, ſed hac iam vita functos. Fœlix ſeculum noſtrũ ſi multos parẽtis tui ſimiles haberet,germanos Chriſti domini ac ſacramentorum eius per quam ſynceros cultores. Fœlix inclitiſsima cognatio veſtra ac generatio, que talem ac tantum habuit progenitorem:vnde nil mirum,ſi tam clara inde germina pullulare videmus. Quorum gloriam adaugeat deus optim⁹ maximus in hoc mortali orbe,& poſt lõgeuã fœlícemque vitam in perfecta Chriſti domini pietate hic peractam, perpetuis in cœlo bonis perfrui concedat.

Vale Cardinalium ſpendor,perquam illuſtris nec minus fortis,Chriſtiane fidei propugnator.

INDEX

Alphabeticus rerũ in hoc libello maximè inſignium.

A

ABigail. 53.b
Abiſac Sunamitis 53.b
Abominatio quę intelligatur. 41.b.&.42.a.
Abſaloni exitus miſerabilis. 154.b
Abrahę ſinus. 161.b
Actus exterioris bonitas aut malitia, vnde. 41.a
Aduerſarius noſter qui ſit 11.b.&.12.a
Aerius hæreticus, vnde Aeriã. 73.b.83.a.118.a,
Aerianorum error. 113.a.
Affectiones quædã in nobis difficile excutiũtur. 148.b
Affectus humani paſſiones. 30.a
Agnus leonem ſuperãs eſt chriſtus diabolũ vnicens. 39.b
Agni chriſti honor. 35.a
Alfonſus conſtatus. 119.a
Aliis propter alios gratificari deus ſolet. 76.a
Angeli ad animas ĩ purgatorio detentas ſepe veniunt. 122.b
Angelorum perfectio. 152.b
Angelis ſimiles erimus in cœlo. 152.b
Anima affectum nõnũquam ſignificat 24.b
Anima corpore exuta clariſsime omnia peccata ſua cognoſcet. 149.b
Anima deo preſentanda, quam munda eſſe debeat. 137.b
Anima nõnunquã caro dicitur. 148.a.
Aĩa ſororis ſancti Malachiæ quõ ipſi apparuerit poſt illi⁹ mortem. 99.b.
Anima vnde maculetur. 148.a.
Animæ à corporibus

Pſal.63. dabitur,& alter inquit:Beatus diues qui inuent⁹
eſt ſine macula,& qui poſt aurum non abiit, nec
Prou.28. ſperauit ĩ pecunia & theſauris:quis eſt hic: & lau
Eccl.31. dabim⁹ eũ. Ad quod quidẽ & alios inuitat dũ ait:
Eccl.44. laudemus viros glorioſos, ſed hac iam vita functos. Fœlix ſeculum noſtrũ ſi multos parẽtis tui ſimiles haberet,germanos Chriſti domini ac ſacramentorum eius per quam ſynceros cultores. Fœlix inclitiſsima cognatio veſtra ac generatio, que talem ac tantum habuit progenitorem:vnde nil mirum,ſi tam clara inde germina pullulare videmus. Quorum gloriam adaugeat deus optim⁹ maximus in hoc mortali orbe,& poſt lõgeuã fœlícemque vitam in perfecta Chriſti domini pietate hic peractam, perpetuis in cœlo bonis perfrui concedat.

Vale Cardinalium ſpendor,perquam illuſtris nec minus fortis,Chriſtiane fidei propugnator.

INDEX
Alphabeticus rerũ in hoc libello maximè inſignium.

A

ABigail. 53.b
Abiſac Sunamitis 53.b
Abominatio quę intelligatur. 41.b.&.42.a.
Abſaloni exitus miſerabilis. 154.b
Abrahę ſinus. 161.b
Actus exterioris bonitas aut malitia, vnde. 41.a
Aduerſarius noſter qui ſit 11.b.&.12.a
Aerius hæreticus, vnde Aeriã.73.b.83.a.118.a,
Aerianorum error. 113.a.
Affectiones quædã in nobis difficilè excutiũtur. 148.b
Affectus humani paſſiones. 30.a
Agnus leonem ſuperãs eſt chriſtus diabolũ vnicens. 39.b
Agni chriſti honor. 35.a
Alfonſus conſtatus. 119.a
Aliis propter alios gratificari deus ſolet. 76.a
Angeli ad animas ĩ purgatorio detentas ſepe veniunt. 122.b
Angelorum perfectio. 152.b
Angelis ſimiles erimus in cœlo. 152.b
Anima affectum nõnũquam ſignificat 24.b
Anima corpore exuta clariſsime omnia peccata ſua cognoſcet. 149.b
Anima deo preſentanda, quam munda eſſe debeat. 137.b
Anima nõnunquã caro dicitur. 148.a.
Aĩa ſororis ſancti Malachiæ quõ ipſi apparuerit poſt illi⁹ mortem. 99.b.
Anima vnde maculetur. 148.a.
Animæ à corporibus

exutæ,quib' patiãtur 111.a
Animæ ab angelis in purgatorium deducũtur 122.a.& ibidẽ viſitantur.ibi.b.
Animæ defunctorum quatuor modis ſoluuntur. 58.b
Animæ defunctorum vbi pœnitẽtiam ſuam agant. 101.b.
Animæ ſanctæ ante Chriſti aduentum vbi reciperentur. 161. a.b.
Animæ in diuerſis locis purgari poſſunt. 105.b.
Animæ in purgatorio detentæ certæ ſunt de ſua beatitudinæ 30.b. &31.a
Animæ in purgatorio igne detẽtæ quàm maximè poſſunt deũ laudant. 32.b.
Animæ ſub terra deum laudantes quæ ſint. 39.b.& 40.a.
Animarum tria receptacula poſt mortem. 122.a.
Animæ ſeu ſpirit' poſt mortem apparentes. 90.a.91.a.&b.99.b.
Anniuerſaria pro defũctis.65.a.72.b.73.a.
Antiochi fœdus exitii vitæ. 3.b
Antiquitas quã eccleſia obſeruat. 48.b.
Antiſtes,angelus domini omnipotentis eſt. 64.a
Apoſtoli inſtituerunt orandũ eſſe pro mortuis.72.a.73.a.76. b. 124.b.
Apoſtoli quãdo admirabiles Iudæis facti. 36.a.
Appellatio nulla erit à iudicio dei.25.b.
Aquæ benedictæ vſus 126.a.173.b.
Aquilo myſticè quid. 160.6.
Arca Noe,eccleſiæ typus. 129.a
Argentum myſticum. 21.b.102.b.

Arma ac vexilla defunctorum cur circa monumēta ſuſpendātur aut figantur. 178.a
Athanaſii oratio ſanè quam piiſsima. 73.b.
B. Auguſtini parentes. 86.b.
B. Auguſtini oratio pro matre ſua monicha. 86.a
Auriū vitia. 139.a.
Aurum myſticum. 21.a b. 101.a 102.b
Aurum vitro mundo ſimile. 101.a.
Auſter myſticè, quid. 160.b
Authoritas eccleſiæ, vnde 45.a b.
Auxilia defunctorū quæ ſint. 125.b

B

BAlaam nulla mercede dei volūtati contrauenire potuit. 171.b
Balneorū dominicus cū viueret, poſt mortem in iiſdem ſeruit pro pœnitentia. 91.a
Balthaſar rex quàm conturbatus viſu ſcribentis manu in pariete 37.b.
Baptiſmus ignis purgatorii. 94.a
Baptiſmus ſolus hominē non ſaluat. 42.a.in.fi.
Beatitudo in quo conſiſtat. 119.b
Beatitudo ſine tribulatione ac pœna non obtingit cuiquam. 143.b
Beatus non eſt planè, qui pœnæ adhuc obnoxius eſt. 146.a
Bernardus ad diem vſque iudicii purgari non reformidet vt iudici purgatus occurrat. 111.b
Bethſabeæ forma. 53.b
Blaſphemia in ſpiritū ſanctum. 17.a
Bonū præſtāti⁹ eſt quod ꝓ te ipſe agas, quā quod poſt mortem tuam per alios agi per te ſperas. 96.b

C

CAdauera Chriſtianorum polluenda non ſunt. 176.a.
Cadere ad auſtrū, aut ad Aquilonē, quid. 160.b

Campanarum ſacratarum vſus in exequiis defunctorum. 173.b.
Canticum in purgatorio, habet cum afflictione ſolatium. 116.a
Captiui etiam per miſſam liberantur. 92. 6. 97.a.
Carcer purgatorii tempo ralis eſt. 15.a
Carcer quadruplex. 115.a.
Carnis cõtagio anima inficitur. 148.a.b
Carnis vitia. 140.a
Cera & oleum pro defunctis. 73.a
Cerei, faces, & huiuſmodi pro defunctis offerãtur 173.a
Cereorum incendendorũ in obſequiis defunctorũ ratio, 126.a
Cerimoniæ pro mortuis, viuorum ſunt ſolatia, non adiutoria mortuorum valde malorum. 79.a.
Charitas & viuos & mortuos vnit, & comparticipes operum inuicem facit. 157.b. & .158.a
charitas etiam ad mortuos ſe extendit. 22.123.b
chriſtianiſmo deus nuſquam deeſt. 167.b
chriſtus coh ̧eres filiis noſtris relinquendus. 74.b
chriſtus in cruce pendens viuorum primum memoriá, egit & mortuus mox mortuorum vincula ſoluit. 117.b
chriſtus, magnus medicus 33.b
chriſtus nihil fruſtra dixit in euangelio. 19.a
chriſtus per miſſam ĩ ſuo myſterio pro nobis iterum patitur. 92.b
chriſtus ſacerdos & ſacrificiũ in euchariſtia. 25.b.
chriſti gloria quando maximè emicuit. 35.b. & 36.a
chriſti honor. 35.a.
chriſti nomen, ſalutare. 20.a
chriſti potentia quanta. 38.b.
chriſti ſponſi amor erga eccleſiam ſponſam ſuam 52.a

chriſtum hominem peccata, remiſsibilia. 16.a
chriſtum ſpernit qui ſacerdotes ſpernit. 1.b
chriſtiani eccleſiæ deſertores Iudæis & paganis peiores 48.a
chriſtianitatis character, ſignum fidei. 104.b
chriſtianorũ corpora, tẽplũ ſpiritusſancti. 176.a.b
B.chryſoſtomi miſſa. 57.a
ciuitatis à religione deficientis vltio qualis eſſe debeat. 142.b
cœmiteria vbi habenda. 60.a
cogitationis malæ cõpletæ coinquinatio quanta 41.b.
cogitationes quædam difficilè à nobis excutiuntur. 148.b
coinquinatum nihil in paradiſum intrabit. 40.b. & dein. & 41.b.
cõpatiendum chriſto, vt & conregnamus. 143.a.
cõcilium prouinciale Senonenſe. 61.a
concilium nullum de purgatorio dubitauit. 167.a
concluſio de purgatorio indubitanter tenenda. 6.b.
conſcientia noſtra aduerſarius noſter. 12.b. & 13.b.
conſcientiæ ſceleroſæ ſtimulus. 134.b.148.b.& 149.a
conſcientiæ vitia. 140.b
conſenſio quam eccleſia ſeruat. 48.b
cõſenſus vnanimis tot eccleſiarum, indicio eſt eas non erraſſe. 55.a
cõſuetudo vniuerſalis eccleſiæ orandi pro mortuis. 84.b
conſuetudinis vis 54.a.b. & dein.
conſuetudine eccleſię cõfirmatum eſt eſſe purgatorium &c. 54.a
conuiuiorũ mala. 179.a.b
creatura omnis, quæ intelligatur. 29.a
cruces ſuper mortuorum tumulos. ad quid. 177.b

Culpa condonata,ſupereſſe tamen pœnæ exolutionem. 152.b.154.a
Culpa eſt etiam quæ non creditur eſſe culpa. 90.b
Culpæ per pœnas emendari debent. 142.b
Culpæ quædam in hoc ſeculo,quædam in futuro remittuntur. 18.a

D

Damnati deũ nõ laudant. 40.a
Damnati etiã mente cõſtant. 30.b
Damnatorum omniũ nõ eadem ſunt ſupplicia. 95.b
Damnatorum obſtinatio perpetua,perpetuo igne crucianda. 24.b
Dauidis peccati vltio. 153 a.154.a.b
Dauidis pœnitẽtia. 147.a
Debita temporalia,& debita ſpiritualia. 164.a
Defuncti ſe ipſos iuuare non poſſunt. 114.a.b
Defunctorum animæ à quibus maximè iuuentur. 93.a
Defunctorum inter ſe differentiæ. 113.b
Defunctorum,maximè iuſtorum corpora abiiciẽda non ſunt. 58.b
Pro Defunctis quomodo offerendum 73.a
Deleri de libro vitæ,vt cõtingat. 43.b
Delicta noſtra in ſacculo ſignari quid ſit. 153.a
Detrimentum & dãnum. 120.& 121.a
Detrimentum pati quid ſit. 27.a
Deſperandum de nullo eſt dum viuit. 17.a.b
Deus æquus omnibus iudex eſt. 147.b
Deus crudelis non eſt in purgatorii pœna infligẽda. 145.b
Deus et ſi miſericors, tamen vltor eſt malorũ. 134.a
Deus, ignis conſumens. 68.a
Deus iratus,vltione peccatorũ placatur. 142.b
Dei potentia ac magnificentia vt manifeſtata Iu

dæis. 37.a.
Diabolus,aduerſarius noſter.11.b.&12.a
Diabolus & angeli ei⁹ deũ non laudant. 40.a
Diabolus,hæreticorũ pater & incentor.3.a.ver.1
Diabolus in morte hominis paratus eſt cum angelis ſuis. 103.a
Diabolus volens nolens Chriſti miniſter eſt.11.b
Dicere dei,facere eſt. 38.a
Dies domini,dies vniuerſalis iudicii. 21.a
Dies mortuorum commemorationis que ſint. 59.b
Dilatatio & extenſio ſpiritualis. 152.a.
Diluuii punitio. 141.a
Dinæ filiæ Iacob pulchritudo. 53.b
Dionyſius Pauli diſcipulus 124.b
Doctorum veterum conſenſus amplixandus magis quàm innouatorum ac interpolatorum hæreſeon antiquarum deliria. 127.a
Doctrina mala peribit, quæ eſt accidens. 98.a.
Doctrina noſtra & vita in iudicio examinabuntur 26.b.&27.a
Doctrinæ deprauatæ, aut non rectè traditæ pœna 109,b
Doctrinæ peregrinæ ſeminatores vitandi.181.b &181.a
Dolor non eſt læſio,ſed læſionis ſenſus. 109.a
Domine ne in indignatione tua arguas me &c. explicatur. 83.b
Donec particula quid ſignet. 15a
Duplicia peccata ſua qui recipiantur.68.a.

E.

Ecclesia à Chriſto nũquã deſeritur.47.a.b
Eccleſia Chriſto grãtior quã ſynagoga. 50.b
Eccleſia & fides eius pluris facienda quam parentes carnales. 170.b
Eccleſia multas pro defũctis preces fundit. 155.b
Eccleſia quomodo à chri-

ſto ornata.51.a.
Eccleſia ſemper ſuos propugnatores īuenit.167.b
Eccleſia tria inconcuſſe ſeruat. 48.b.& dein.
Eccleſia vna ſemper eſt. 164.a.
Eccleſia vniuerſalis pro defunctis orat. 107.b & 108.a
Eccleſiæ authoritas purgatorium aſſerentis.49.a.b.
Eccleſiæ authoritas. 129.a b.&.130.a
Eccleſiæ contemptores quam grauiter peccent. 45.b.
Eccleſiæ miniſtri, etiam ſi peccatores & indigni, chriſti tamen & apoſtolorum ſucceſſores ſunt. 130.b
Eccleſiæ oratio non patitur repulſam. 126.a
Eccleſiæ pulchritudo & ornatus.52.b.&.53.a.b.
Eccleſiæ ſedulitas pro filiis ſuis fidelibus. 46.b.
Eiuſdē præſidiū in periclitantibus. 47.a
Eccleſiæ ſtabilitas. 5.a.
Eccleſiæ matri que reuerentia debeatur.170.a.b
Eccleſiæ nos ſubiicere debemus. 165.b
Eccleſiæ ſuæ chriſtus optimè proſpexit. 50.b
Extra eccleſiam ſalus non eſt. 172.b
Eccleſiam matrē qui non habet, deum patrem habere qui poterit? 129.a
Eleemoſynarum pro defunctis ī purgatorio exiſtentibus factarū quāta ſit efficacia. 59.a.74.b 98.a.174.a
Epiphanius de purgatorio 70.b
Eraſmus. 57.a
Eſculenta & potulēta cur pro defunctis offerētur. 173.a
Eſto cōſentiēs aduerſario & locus Mat.expoſitus. 11.a
Etiā particulæ vſus.123.a.
Euchariſtiæ ſacrificiū pro defunctis, quā vtile ſit, 91.a.b.& 92.a
Ex communicatio quā ſit

metuenda. 88.a.b
Exempla vindictæ diuinę ob peccata. 141.a.b. & deind.
Euchariſtia Chriſtū: ſeu carnem & ſanguinē xp̄i que offerantur cōtinet. 69.b.125.b.a.165.b.

F

FAces & cerei in funere olim etiā adhibebantur. 77.a
Facultatis Theologicæ pariſienſis articuli. 127.a
Fides auro mūdo precioſior. 101.a
Fides ſine operibus hominē nō ſaluat. 42.b. in fi.
Fides vna eſt. 2.a
In Fide ſola chriſti & non alia ſaluamur. 20.b
Fideles oēs & viui & mortui per charitatē vniuntur. 10.a
Filii hoīs poteſtas. 38.b
Finalis impenitētia. 17.a
Fœmina pro viro defuncto oret. 65.a
Fœnum qui intelligantur 103.a
Formoſæ quædā mulieres ex vetere teſtamēto recenſentur. 53.b
Fundamētū fidei, ꝙ. 20.a
Funebres ceremoniæ aliquando magis ſunt viuorū ſolatia, quā ſubſidia mortuorū. 58.b

G

GLadius flāme⁹ atque verſatilis ante paradiſū, q̄d īdicet. 100.b
Gloria cœleſtis eouſq; vnicuiq; differtur, donec fiat ſicut erat ī baptiſmo 110.b
Gloria patri & filio &c. cur toties in eccleſia repetatur. 34.b
Gloriam ſibi præ cæteris deus reſeruauit. 34.b
Græca etiā eccleſia ꝓ defunctis in purgatorio detentis orat. 57.a
Græcorū hæreſis de purgatorio. 112.b.113.a. Eorūdē reſipiſcētia. 166.a
Græcorū patrū profeſsio de animarū defunctarū præmiis. 60.b

H.

HÆreſis ſubtilis eſt. 3.a
Hęreſib⁹ nouis emergētib⁹ nūq̄ defuerūt

qui reſiſterent. 168.a
Hæretici arcana predicare videri volunt. 4.a
Hæretici omnium odio digni. 2.b
Hæretici ſuperioribus eccleſiaſticis infenſi. 1.b. & 2.a
Hæreticorum calumniæ. 3.b
Hæreticorum inquietudo quò proſit. 5.a.b
Hæreticorum pernicies ac maleuolentia aduerſus infantes, adultos, & mortuos. 100.a
Heſter pulchritudo. 54.a
Hiere.locus ca.17 Et reddam pro.dupl.iniq.explicatus. 67.a
Hieruſalem cœleſtis ſtructura. 166.a
Homo & lignum dicitur, & arbor euerſa. 160. b.& 161.a
Honor deo debetur, & quare.31.b & 32.a.b.
Honor, maximum bonorum externorum. 32.b
Honor parentum, qualis ſit. 31.b
Hora mortis, tempus eſt reddendæ rationis. 14.b
Homicidæ ſunt hæretici. 2.b.in fi.
Homicidium vriæ qualiter vindicatum. 154.b
Homicidii infamia.137.a pœna. 150.b
Hoſtiæ ſacræ in miſſa diuiſio in tres partes, quid indicet. 57.b

I

IEiuniũ pro mortuis. 93.b
Ignis carnalis concupiſcẽtiæ extĩguẽdus 80.b
Ignis damnatorum & purgandorum, idem 108.b & 109.
Ignis dicitur eſſe de⁹.68.a
Ignis duplex. 27.b
Ignis & vermis apud Eſaiam. 77.b
Ignis examinis iudicialis. 26.b
Ignis infernalis peccata dãnatorum emundare non poteſt. 136.a
Ignis in futuró ſeculo duplex. 55.a.b
Ignis mortalibus in ac-

ceſsibilis. 100.b.
Ignis per quem quis purgetur, qui intelligatur. 89.b
Ignis purgatio. 66.a.b
Ignis purgatorius q̃ ſit intelligendus. 28.a
Ignis purgatorii vehemētia. 83.b.110.a.b
Ignis tribulationis in hac vita. 94.a.& ignis futurę purgationis. ibi.b
Ignis, vnius cuiuſque op⁹ quale ſit probabit. 25.a.
Immunditiæ in lege Moſaica purgandæ quid notarent. 148.a
Pro Indignis preces factæ ad deum, non pereunt. 75.a.
Indulgentia nimia parentum, damnabilis. 147.b
Iniuſtitias deus impunitas abire non ſinit. 67.a
Innocentiam qui ſeruarit facilius reperti, q̃ qui verã pœnitentiã egerint. 111.b
Inſepulta abiicienda non ſunt Chriſtianorũ mortuorum cadauera. 176.b
Intellectus depreſsio. 29.b.
Intellectus vitia. 140.b
Inuidentia fraternæ gratiæ. 17.a
Ioannes Gerſon. 115.a
Iob pœnitentia. 147.a
Ioſeph honor apud Pharaonem regem. 35.b
Ioſeph, Chriſti figura. 35.b
Irremiſsibile quomodo dicatur eſſe peccatũ in ſpiritum ſanctum. 17.b
Iudex noſter Chriſtus. 11.b
Iudicia dei quàm ſeuera. 25.a.b
Iudicia ſiniſtra cauenda. 158.b
Iudith forma. 53.b
Iuſti quidam morientes continuo ad paradiſum euolantur: quidã in purgatorium ad tempus relegantur. 96.a
Iuſtorum defunctorũ animæ cur non continuò ad paradiſum euolent. 107.a.b
Iuſtitiam deus exerceat o-

portet. 150.a

L

LAbiorũ vitia. 139.a
Lapides pretioſi. 21. a.b.102.b.
Lazarus apud Lucam defunctus continuò beatitudinem conſecutus eſt. 151.b
Leuiores culpæ. 18.a
Lex vetus longe imperfectior euangelica. 50.b
Liber vitæ, agni liber. 43.a
Libri ſanctorum doctorũ propter quædam praua vel hæretica in eis contẽta non damnantur ſed nec autores. 98.a.
Librorum edendorum cupiditas in hæreticis. 4.b.
Ligni typ.homo exprimitur. 160.b
Ligna myſtica. 102.b
Limbus patrum. 161.b
Limbus puerorum. 161.b
Linguæ vitia. 139.a
Locus ſepulturæ defunctos non tam adiuuat, quã eiũs qui pro eo ſupplicat.affectus. 85.a
Locus vnde dicatur magis religioſus. 118.b
Luctus domus magis adeunda quam domus conuiuii. 179.a.b
B.Ludouici francorum regis pietas, & pro matre defuncta ſolicitudo. 127.a
Lugubris domus quæ habeat. 179.b
Luſus Iſmaelis cum Iſaac 181.b

M.

MAchabꝗorum liber, canonicus eſt. 6.b.&7.a & dein.
Maiores & digniores ĩn hoc ſeculo, ſi damnentur, grauius punientur. 26.b
Magdalenꝗ pœnitentĩa. 146.b
Malefactoris coram iudice pudor. 137.a

Mali quare bonis in hoc ſeculo permixti. 6.a
Malitia non habet tantas vires, quantos conatus 5.a.
Malum nullum impunitũ abit. 134.a
Malum vitæ, & malum doctrinæ. 26.b. & 27.a
Manus quid ſignificet. 28.a
Manuum vitia. 139.b
B. Martinus nihil habuit purgandum poſt mortẽ. 103.a
Martyres ante Chriſti aduentum. 8.a
Martyres pro nobis orãt. 79.a
Mater filiis honoranda: 45.b. 46.a
Medicus honorãdus quis ſit. 33.b
Meritum quo quis poſſet poſt hanc vitam releuari, vel grauari, hic paratur. 78.b
Membrorum humani corporis collatio ad mẽbra myſtici corporis. 160.a
Membrorum humani corporis vitia. 139.a
Memoria facienda & pro peccatoribus, & pro iuſtis & patriarchis. 7.a.
Memoria mortis aſsidua quam vtilis. 178.a.
Mendacium. 41.b & 42.a
Mens vitioſa. 140.b
Merendum in vita præſente, vt pro defunctis nobis oretur. 84.a
Mereri quomodo quis poſsit vt pro ſe mortuo oretur. 125.a
Meritum paſsionis Chriſti quam ſit efficax. 24.b
Meritis alienis nemo ſaluatur. 159.a
Minima purgatorii pœna Maximam huius mundi excedit. 109.a
Miſericordes, beati. 174.b
Miſericordia dei & veritas, coniunctæ. 134.a

Miſſa b.Io.Chryſoſtomi. 57.a
Miſſæ efficacia. 125.b 226.a
Miſſæ ordo perB.Petrum inſtitutus eſt. 93.a
Miſſæ ſacrificium pro defunctis qui i purgatorio ſunt,efficaciſsimum. 44.b.
Miſſæ dicendæ conſuetudo antequam defuncti inhumarentur. 86.a,
Miſſæ in eccleſiis collegiatis. 60.a
In miſsis omnibus pro defunctis orandum. 123.b
Monichę matris diui Auguſtini prudens reſponſum. 85.b.
Monumenta vnde dicta. 178.b
Monumentorum ſepulchralium vſus. 177.b
Mors non hominis finis, ſed culpæ. 70.a
Mors nonnunquam dulcis,ac toleratu facillima. 145.a
Mors per Chriſtum victa 39.a
Mortis meditatio,ſumma philoſophia. 178.b
Mortem ſibi conſciſcentes ſine honore & pſalmis ſepeliendi. 59.b
Morte non ſtatim omnia delentur peccata. 145.a
in Morte vix quiſquam memor eſt dei. 162.b
Mortui ante tribunal chriſti patronos non inuenturi,que ſint. 58.a.& b.
Mortuorum memoria viuentibus prodeſt. 74.b
Mortuorum memoriam in Miſſa fieri ſanxerunt apoſtoli. 76.a
Mortuis noua merita non comparantur,ſed &c. 79.b
Mulieres formoſæIudęæ. 53.b.&.54.a.

N

NAbuchodonoſor quomodo humiliatus.37.b. quomodo reſipuit. 38.a
Narium vitia. 139.b
Nobilium arma templis

affigi non ſtatim culpan dum eſt. 178.a
Noėmi. 53.b
Nomina hæreſiarcharum obliterari deberent. 2.a
Nuptiæ Chriſti & eccleſiæ. 51.b

O

OBlationes pro defũctis quàm proſint. 97.a.126.b
Ocioſi verbi ratio reddẽda, quanto magis aperte mali? 25.a.&.26.a
Oculus ſpiritualis. 41.a
Oculorum vitia. 139.a
Odium hæreticorum in ſacerdotes 2.a
Offerenda pro defunctis quę ſint. 172.b
Officiis mortuorum qui dies conueniant 59.b.
Oleum in exequiis defunctorum quò? 126.a
Omnis creatura, quę intel ligatur. 29.a
Omni ſeculo vnguerunt aliqui viri boni. 168.a.
Opus cuiuſque in iudicio examinandum. 27.b
Opera bona alia aliis meliora. 20.b
Opera neceſſaria ſunt cũ fide, vt quis ſaluetur. 42.b
Opera omnia noſtra que hic agimus ſemel coram toto mundo manifeſtãda. 158.b
Opera ſatisfactoria pro de functis. 174.a
Opera viuorum, etiã mortuorum dici poſſunt, & quare. 157.a.b.
Operum in homine modi tres. 121.a
Operum noſtrorum bonorum fructus quomodo ad defunctos perueniat. 160.a
Operum noſtrorum mercedem poſt hãc vitam recipiemus. 169.a.b.
Orandum pro defunctis, quatuor de cauſis. 114.a
Orantes pro mortuis, pro ſe ipſis merentur. 10.b
Oratio iuſti aſsidua quã ſit efficax. 99.b.

Oratio pro defunctis ad altare dei. 86.b
Oratio pro defunctis plus mille annis in eccleſia obſeruata. 117.b
Oratio que fit in Miſſa, aliis efficacior eſt. 126.a
Orationes & eleemoſinæ pro defunctis, quàm vtiles. 63.a
Orationis pro defunctis qui in purgatorio ſunt, prærogatiuæ. 116.b & dein.
Orationis pro defunctis exempla in euangelio. 118.a
Orationes viuorum quibus defunctis proſint. 64.a
Originale peccatum, mortale eſt. 11.b. eius grauitas. 149.b
Oris vitia. 139.a

P

Palati vitia. 139.b.
Papa, Chriſti vicarius. 61.a
Parentes, liberos vitioſos auerſantur. 144.b
Paruulis ſimiles eſſe debemus, vt in cœleſtem Hieruſalem introeamus. 44.b
Paſsionis Chriſti circumſtantiarum excuſsio pulcherrima. 135.b
Paſsionis Chriſti meritũ efficaciſsimum. 24.b. 112.a.b
Patiendum etiã nobis eſt preter id quod Chriſtus paſſus eſt, ꝓ peccatis noſtris. 135.b
Patriarcharum ante Chriſti aduentum patiens expectatio. 144.b
Patricius pater beati Auguſtini. 86.b
Panis & vinum cur iubentur ſuper ſepulturam iuſti conſtitui. 110.a
Paulinus epiſcopus Nolanus. 87.a
Paulus quam humilia de ſe ſentiat. 152.a
Paulus eccleſiæ ſubmiſſ⁹. 164.a. & 165.b
Pauperes in exequiis de-

functornm paſcendi. 110.a
Pauperes quomodo dican tur recipere benefactores ſuos in æterna tabernacula. 110.a
Peccatum pro culpa. 18.a &.19.b
Peccatū & culpam ipſam ſignificat ac peccati fomitem,& pœnam. 28.a
Peccatum,hoſtia pro peccato. 10.b.
Peccati in ſpiritum ſanctū ſex ſpecies. 17.a
Peccati pudor nonnullis obuerſans grauiſsimus. 148.b
Peccati vltio ab deo in vetere teſtamento. 141.a.b.
Peccato remiſſo, ſæpe ſupereſſe temporalis pœnę reatum & pœnā.61.b.62 a.& 154.b
Peccata actu quidem trāſeunt, ſed reatu manent. 150.a
Peccata aliena nemo luet. 159.a
Peccata capitalia & peccata minuta alio atque alio igne cruciantur. 80.b
Peccata damnatorum igne infernali emundari poſſunt. 136.a.
Peccata etiam minima ſeuerè & exactè punienda ſunt. 14.b
Peccata leuia. 89.a.94.a grauia. 95.a.97.a.b
Peccata mortalia & peccata venialia quibus adumbrentur.24.a.& vt differant.ibi.b
Peccata non abeunt impunita.26.a.134.a.b
Peccata poſt hanc vitam nobiſcum tranſeuntia. 66.a
Peccata quædam remittūtur poſt mortem. 18.b 104.a
Peccatorum modo etiam pœnarum modus reſpōdet. 150.b
Peccatorum quàm graue ſit pondus. 35.b
Peccatorum vltio. 139.a
Pedum vitia. 139.b
Perfectio in hac vita nonnulla eſt. 79.a

Perſona etiam ipſa,non tã tum opus,in iudicio examinabitur. 27.b
B.Petri pudor poſt negationem.144.a. eiuſdem pœnitentia. 146.b
Phariſæorum calumniæ aduerſus Chriſtum. 16.b
Phinees zelus. 142.b
Pœna cur productior quã culpa. 136.b
Pœna damnatorum accidentaria augeri poteſt. 157.a
Pœna omnis beatitudini repugnat. 126.b 151.b
Pœna pœnam ſoluit. 126.b
Pœna purgatorii quã horrenda. 81.b
Pœnæ nonnunquam pro peccatis ponuntur in ſalit. 10.b
Pœnitentia magnorum virorum poſt culpam. 146.b
Pœnitentiam veram pauci agunt. 111.b
Pontificum authoritas. 55.b
Potentia dei quanta. 37.b
Poteſtas Chriſti in quo maxime apparuit. 39.a
Prædeſtinatio,liber agni. 43.a
Prædicatores verbi diuini ſecularem literaturã admiſcentes taxantur. 22.a
Præmium eſſentiale,& accidentale beatorum. 157.a
Preces,totius orbis victima ſunt. 76.a.
Primogenitus mortuorũ cur dictus Chriſtus. 35.b
Proprietarii monachi pœna. 91.a.b
Pro damnandis aut dannatis cur non oret eccleſia. 82.b
Pro mortuis agendi,inſtitutum vnde cœperit. 109.b
Pſalmus quinquageſimus 154.a
Pro Puero ægroto quid offerendum. 73.a

Pueri in limbo, nunquam abſoluendi. 119.b
Purgandorum omnium non idem eſt ſpatium cruciatus. 95.b
Purgatoria pœna, quanta. 101.b
Purgatoriæ pœnæ tempõralis hac vita. 95.b
Purgatorius ignis grauiſſimus. 99.a
Purgatorium quare ponatur. 107.b
Purgatorii aſſertionis fautores. 171.a
Purgatorii expiatio qualis. 66.a
Purgatorium non eſt recens inuentum. 57.a. 167.a
Purgatorii igne ferè omnes indigent. 111.b
Purgatorii locum aliquẽ eſſe. 15.a. 19.a
Purgatorii locus. 44.b 105.b
Purgatorii locus duplex. 108.b
Purgatorii locus ibi ferè eſt, vbi culpæ ſunt patratæ. 102.a
Purgatorii locus vnus determinatus. 120.a
Purgatorii pœna accedit ad cruciatum inferni. 122.a
Purgatorii pœna maior ac minor erit ſecundum quot plus aut minus tẽporalia amauimus. 103.a
Purgatorii pœna duplex. 103.a
Purgatorii pœna maxima 80.b.11.4.a. 120.b
Purgatorii pœna mentem ſanam non adimit. 30.b
Purgatorii pœna quando finienda. 14.b.
Purgatorii pœnam metuentes quæ faciant. 132.b
Purgatorii probatio. 62.a
Purgatorio auferendo quanta deformitas in eccleſia ſubſequatur. 123.a
Purgatorio obnoxii. 105. b. 120.b

Purgatorium negantes reuocāt ab omnibus bonis operibus. 130.a
Purgatorium pertinaciter negans,hæreticus cenſēdus eſt. 129.b

Q

Qvadrans nouiſsimus in iudicio ſol uendus. 14.b
Quæſtuariorum mos. 114.a

R

Rachelis pulchritudo 53.b
Rebeccæ pulchritudo. 53.a
Reges in die iudicii perinde vt cæteri palpitabunt 21.a
Regnum cœlorum,eccleſia. 45.a
Repugnare vniuerſali eccleſiæ hæreticum eſt. 120.
Reſurrectio Chriſti quā glorioſa. 35.b
Reſurrectio prima. 9.b. ſecunda,ibi. &.124.a
Robertus HolKot. 113.b.
Romana eccleſia. a B. Petro & Paulo fundata. 56.a
Romanæ eccleſiæ obſeruationi ſtandum. 56.b

S

Sacerdotum contempt⁹ quā grauis. 130.b
Sacerdotum dignitas.1.b
Eorundem munus,ac priuilegium. 65.b
Sacra ſcriptura iis que ſūt ad ſalutem abundat.23.a
Sacrificium pro defunctis ab Apoſtolis inſtitutū. 93.a
Sacrificium pro mortuis oblatum tempore Machabæorum. 8.a.
Saluator mundi dictus Ioſeph. 35.b
Sanguis Chriſti an crimina ſemper abluat prorſus & quantum ad culpā,

& quantum ad pœnam 136.a
Sapiendum non eſſe plus quam oportet. 50.a
Sapientia mundana. 22.b
cœleſtis ibidem.
Saræ vxoris Abrahæ pulchritudo. 53.a
Satisfactio pro peccatis effugi non poteſt. 14.b
Satisfactio pro peccatis mortalibus quam longa 111.b
Satisfactionis pro culpis neceſſitas. 19.a.b.162.a.
Scribi in libro vitæ agni, quantum ſit. 43.b
Scriptura cur non omnino clara ſit. 5.b
Scriptura diuina ad quid nobis data. 13.b
Scriptura diuina copioſior ſeculari, ac mundana ſcientia. 23.a
Scripturæ loca quibus nituntur qui purgatorium tollunt. 156.b & eorum ſolutio. 157.&158
Scripturæ loci ſex probantes purgatorium. Prim⁹. 8.b. Secundus. 11.a tertius. 5.a quartus. 19.b
Quintus. 28.b
Sextus. 40.b. & reliqui. 168.b
Scripturæ ſacræ arcana Chriſtus eccleſiæ ſolus patefecit. 29.a.b
Scripturam ſacram obtundit & Satan, & hæretici. 156.a
Senſus intellectum nõnũquàm ſignificat. 29.b
Senſus vitia: 140.b
Sepeliri apud memorias martyrum, quò proſit. 84.b. & 85.a
Sepulchra cur vbique paſſim obuia. 178.b
Sepulchra mortuorũ vbi eſſe debeant. 60.a
Sepultura in eccleſia, an proſit mortuis. 57.b
Sepultura magnifica non prohibenda. 177.a.b
Sepultura mortuis digna adhibeatur. 175.b. & quare. 176.a

Sepultura regum Franciæ 180.b
Sepultura vbi maximè le genda. 118.b.
Sepulturæ cura apud patres veteris teſtamenti. 177.b
Sermo diuinus, aduerſarius noſter. 12.a. b.13.a
Si & forſitan, non ſemper ſunt ſigna dubitationis. 107.a
Signum fidei. 104.b
Singulares videri volunt hæretici. 4.b
Spiritus Chriſti à deſerto ribus eccleſiæ aufertur. 47.b
Spiritus quieſcentium domino commendandi. 60.b
Spiritumſanctum non habentes, à maligno habētur. 47.b
Subſidia quibus viuātur animæ in purgatorio detentæ. 44.b
Suffragia generalia & ſpecialia pro defunctis, in quo differant. 111.a.& 118.b.& dein.
Suffragia quibus iuuantur defuncti quæ ſunt. 125.b
Suffragiorum noſtrorum fruct⁹ quomodo ad defunctos perueniat. 160.a
Suffragiorum pro defunctis quatuor modi generales. 111.a.
Super edificare qui dicantur. 102.a
Suppliciorum infernaliū nōn idem erit modus. 26.a
σωτήρησις 12.b

T

Temporalia bona quo quis plus aut minus dilexerit, ea citiùs tardiúſve ſaluabitur. 98.b
Temporalibus immerſus vix capax eſt cœleſtium. 151.b
Tempus inter hominis mortem & reſurrectio-

nem quomodo à defunctis tranſigatur. 96.b
Tempus miſericordiæ, & tempus iuſtitiæ. 25.a.
Tenebræ ſpirituales. 41.a
Thus in exequiis defunctorum quid notet. 126.a
Timendus cur ſit deus. 37.b.& 38.a
Traditiones apoſtolorum 55.b.& 56.a in fi.
Traditiones etiam apoſtolicæ credendæ, non ſolũ ea que ſacris literis continentur. 161.a.b
Tranſgreſsionis præcepti dei vltio. 8.b: & dein.
Tria inconcuſſè tenet ecclesia catholica, vniuerſitatem, antiquitatem, cõſenſionem. 48.b
per Tribulationes paratur beatitudo. 143.b. & 144.a
Triceſimi diei lugubris obſeruatio. 59.b.
Trigenaria miſſarũ oblatio pro defunctis. 91.b
Triginta octo annorum pœnitentia in hac vita pro peccato. 151.a
Trinitas tota, laudanda. 34,a
Trinitatis nomen in ſac. ſcript. non exprimitur. 166.a
Tunica Chriſti inconſutilis cur erat. 2,a

V

VAlde boni, & valde mali. 59.a
Venialia peccata. 24. b.cir.fin.
Venialia peccata non omnia per mortem delentur. 44.a.
Ventris vitia. 140.a
Verbum contra filium hominis dictum, quod ſit. 15.b
Verbum contra ſpiritum ſanctum, dictum, quod intelligatur. 16.b
Verborum ocioſorum in die iudicii reddenda ratio. 145.a
Veritas vbique ſectan-

da. 172.a
Veſtis nuptialis, quę 40.b
Veſtium lugubrum vſus. 173.b
Viciſsitudo apud deũ nulla eſt. 9.a
Vincula corporis & ſpiritus per miſſam ſoluuntur. 92.b
Vinum in vaſe recluſum florẽte, vnica in agro cõfloreſcit. 69.a.
Vitæ noſtræ fragilitas & incertitudo. 13.b
Viuẽdi modus multiplex. 59.a
Viuentium opera bona & ſuffragia per charitatem fiunt cum mortuis communia. 10.a
Viuorum ſuffragia iis defunctis proſunt qui dũ viuerẽt, id meruerunt. 78.b.
Vltio quam ſibi deus reſeruari vult, in quod tẽpus referenda. 163.a
Vltiones peccatorum in veteri teſtamento. 141.a.b
Vniuerſitas quam eccleſia ſequitur. 48.b
Vultus vitia. 139.b
Voluntatis vitia. 140.b

Z

ZElotes cur dicatur deus. 25.b

FINIS.

IOANNES TAVERnerius Calniacenſis doctor Sorbonicus. De Purgatorio.

QVONIAM ALIQVOT ante diebus articulum de veritate ſacroſanctæ Euchariſtiæ,hoc eſt de veritate corporis & ſanguinis Chriſti in ſacramento altaris,vtcunq; cõfirmauimus,vel ſaltem confirmare nixi ſum⁹, iam non omnino incongruum videbitur, ſi ipſius itidem Euchariſtiæ ſacrificium verum, nõ viuis modò, ſed mortuis quoque, hoc eſt iis qui purgatorio adhuc igne poſt hanc vitã mundantur,prodeſſe oſtẽdamus. Quod quidem eò libentiùs aggredimur, quo plures in errorem contrarium labi videmus: vt fidelis ſerui Chriſtiani officio fungentes erga proximos grauiter periclitantes,de quibus vnicui- Ecclefiaſtici
que mandauit Dominus,ſaltẽ pro virili non- 17.
nullos liberare vel poſsimus,vel tentemus,velut dextram nutantibus porrigendo,hęſitantes dirigendo, confirmando dubitantes, & à ruinę præcipitio,quantùm valemus, impediendo,& iam lapſos erigendo: qui in dies magis ſeducuntur ab irrequietis hæreticis, ve-

nena ſua omnibus modis vbiq; aſpergere diu noctúq; contẽdentibus, quo pleroſq; fideliũ, (qui teſte Apoſtolo tanquã paruuli fluctuan tes circunferuntur omni vento doctrinæ) ab Eccleſiæ obedientia lõgius auertãt, & in ſuos ſuperiores potiſsimùm eccleſiaſticos pertinaciùs exaſperẽt, ſeminando videlicet inter fratres diſcordias, & proinde digni ſunt, quos vt eſt in prouerbiis Salomonis, Anima Dei deteſtetur. Cum tamen magno dignos honore apud oẽs cõſtet eſſe ſacerdotes, ex diuino etiã teſtimonio, iuxta id quod præcipiebatur decreto iudicis necari is qui ſuperbiiſſet, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tẽpore miniſtrabat domino Deo, vt ea animaduerſione malum auferretur de Iſraël, cunctúsque populus audiens timeret, & nullus deinceps intumeſceret ſuperbia. Quis non videat manifeſtè, contemptis ſacerdotibus, Deum quoque ipſum, cuius ſunt, contemni? Quod liquidò claret ex verbo Dñi ad Samuëlem, ægreferẽtis filios Iſraël regẽ petiiſſe, ac proteſtantis ſe magis abiectũ ab illis quã ipſum Samuëlẽ prophetã ſuũ. Sed & expreſſa Chriſti dñi verba apertè docẽt iniuriã ſacerdotibus irrogatam, in ipſum retorqueri, dum inquit Apoſtolis: Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Quibuſquidem exemplis & verbis authoritas & poteſtas ſacerdotalis, diuina atteſtatione ac reuelatione abundè ſatis firmatur, vnde colligas non impunè laturos eſſe

Ephe.4. Prou.8. Deut.17. 1.Reg.8. Luc.10.

ſacerdotum

ſacerdotum quoſvis contemptores ac hoſtes & contra eccleſiam catholicam rebelles: qui nec præmonentis Dei comminatione,nec futuri iudicij vltione territi emēdantur,nequiores multò quàm fuerint Ethnici illi milites Chriſtum dominum crucifigentes. Quanuis enim hi veſtimēta Domini,in quatuor partes diuiſiſſent,à tunica tamen partienda,quia inconſutilis erat,temperarunt.Dixerunt enim: non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa cuius ſit.Iſti autem Chriſtianam fidem noſtram in quam & iurarunt,partiri ac diſrūpere certatim contendunt, concordem Eccleſiaſticæ fidei ac pacis vnitatem nec ferentes nec recto aſpicere oculo ſuſtinentes, licet nequaquam ignorare poſsint vnam eſſe fidem ex Apoſtolo non minus quàm vnum eſſe Deum & vnū baptiſma.Nec enim eſt quod ignorātiam excuſent,aut cauſentur vllam, quando quidem non tam ſuo ipſorū deluſi errore faciūt quæcunque moliuntur quàm implacabili odio, quod in ſacerdotes Chriſti improbiſsimè cōceperūt:cum nec vera credāt omnia eſſe quæ aliis perſuadere conantur, nec falſa putant quæcunq; videntur improbare quod ſatis ſuperq; liquet exfacto maximi huiuſce infelicis tempeſtatis hęreſiarchæ, cuius nomē reticeo, ceu indignum quod efferatur. Longe enim magis ex omnium memoria obliterari debet quàm nomen illius qui inani ductus gloria, vt in poſterū eſſet in ore hominum,Epheſię

Ioan.19.

Epheſ.4.

Dianę templum combuſsit. Iſte enim impiiſſimus hereſiarcha principio quidem aſſeruit ſe credere, immo ſcire purgatorium eſſe: poſt modum verò ſaltem ore fictisq́; verbis ipſum improbauit, tum odio & inuidia cleri, tũ metu diſplicendi ſuis cõplicibus, quibus cõtrariam potius ſententiã quamlibet falſam placere deprehendit. Nõ igitur propter probabilẽ aut germanam ſanctorum patrũ doctrinam aut pro ipſiſsima fidei veritate talia actitant Hæretici, ſed magis vt ſuam exerceant in veros Dei ſeruos vindictam, & quod longe nequius eſt, pertinaciter ita contendunt, vt alios ab antiqua pietate ac vera fide auertant, & in nouas rebellionis ſectas pertrahãt. Qua in re multo deteriores probantur iis qui ſubſtantias aliorum prædiáque diripiunt, vitam morésque bonorum corrumpẽdo, & eò perniciosiùs, quo immortalis anima ad imaginẽ
Gen. 1.
Dei optimi maximi creata, cunctis præſtat corruptiblibus & terrenis: in cuius tamen deprauationem velis ac remis incumbunt, vnde præ cæteris quantumlibet peruerſis infeſtis ac noxiis hominibus, merentur hæretici qui ſummo ab omnibus odio habeantur, & quos velut capitales rei Chriſtianæ hoſtes cũcti perſequãtur. Quomodo enim hęretici omnes non ſint iure cenſendi homicidæ vel maligni parricidæ peſsimè Chriſtianis fratribus ſuis perſuadendo ac proinde ſpiritualiter occidendo, cum diabolus ipſe hæreticorum

rum pater & incentor, ab eo quod primis parentibus perſuaſit in perniciem animę & corporis, ab initio homicida ſit pronunciatus à Chriſto Domino? Et tamen interim non deſunt, qui iſtis faueant, ac decepti pro eis iam pugnare incipiant, & defendere ſuſcepti erroris authores. Sed ſubtilis eſt hæreſis vt ait B. Hieronymus. Et ideo ſimplices animæ facilè decipiuntur. cuius laqueos ſi euadere cupimus, cupere autem ſummopere debemus, ſtudeamus imitari apoſtolos Domini, atque eorum diſcipulos: qui (vt teſtatur Euſebius) tanta in religionis obſeruatione cautela vtebantur: vt ne verbi quidem communionem cũ aliquo eorum qui à veritate vel latum vnguẽ deuiarant, habere paterentur. Et meritò quidem, nam ex Apoſtolo: Sermo hæreticorum ſerpit vt cancer, & corrumpunt bonos mores colloquia iſtorum mala, ſeducendo corda innocentium, & vineam Domini more vulpecularum demoliendo, & ceu aper de ſilua exterminando, aut quaſi ſingularis ferus depaſcendo, ne floreat in fide recta & veritatis concordia. Audiamus itaque Beatum Paulũ vt hæreticos homines poſt vnam & alteram correptionẽ ſedulò deuitemus, ſciẽtes quod peruerſi ſint huiuſmodi & peccent, cùm ſint à ſemetipſis, & proprio iudicio condemnati: ideo vix vnquam reſipiſcunt, nec ceſſant diu ac noctu in diuerſas partes fratrũ vnitatẽ ſcindere, & per corruptelas nouarum aut pe-

Geneſis 3.
Ioannis 8.
In dialogo orthodoxi et luciferiani.
Eccleſ. lib. 4 cap. 14.
2. Tim. 2.
1. Cor. 15.
Cantic. 2.
Pſalm. 79.
Titum. 3.

regrinarum doctrinarum caſtum eccleſiæ matris ſuæ cubile nequiter maculare & peius quam ruben Patris ſui Iacob cubile aſcenderit, & ob id primogenitura ſpoliatus ſit: aut impius Abſalon nepharis ſtupris vxores Dauidis patris ſui palam maculauerit, impietatẽ loquentes aduerſus Dominum, & aduerſus Christum eius, cunque poſuerint in cœlum os ſuũ, more luporum, rictu in ſublime verſo vlulantium, lingua eorum tranſit in terra: ſiquidem venenatum in omnes linguam ſuã exerunt, detrahendo, obloquendo, ac nulli ætati, ſexui, ordini, parcendo: quæ omnia factitant partim ob vanam gloriam apud ſocordiores aucupandam, de ſe ſuiſque inuentis ſibi blandiendo nimiſque placendo, non autem propter veram Eccleſiæ ſponſæ vocem gaudendo, quod potius debuiſſent ad exemplum Beati Ioannis baptiſtæ qui ſtabat & audiebat & gaudebat propter vocem ſponſi partim arrogantia ducti qua perſuadentur ad cõtradicendum bonis, vt meliores reputentur: vel inuidia extimulati, qua proſperum ac trãquillum Eccleſię curſum rectis oculis intueri nequeunt. Idcirco ſacerdotibus mendaciter ac falſo imponentes quod ventris cauſa excogitauerint multa, & pręſertim purgatorium adinuenerint, malunt etiam conſcientia remurmurante ac cõdemnante, in erroribus perſeuerare, quàm vel minimum reſipiſcere

Gene 35. & 49. — *2. Reg. 16.* — *Pſal. 2. & 72.* — *Ioan. 3.*

ſcere,vel aliis probatioribus cedere, vel alios à ſe dementatos ad ſanam mentem reducere, quos pro viribus illaqueāt,ne vnquā ad Chriſti ouile(vnde malè perſuaſi exorbitarāt) reuertātur.Nec interim volūt intelligere quod qui prohibet curari vulnus letale non minus puniri mereaẗ q̃ qui vulnerauit. Immo multomagis,non enim par eſt plagā infligère, & prohibere vel impedire illatā ſanari, nam hoc quidē omnino mortē affert,illud autē nō omnino.Hinc exēplo Elymæ magi(Sergiū Paulum proconſulē virū prudentem auertentis à fide) non deſinunt ſubuertere vias Domini rectas,pleni videlicet omni dolo,& omni fallacia,filij diaboli, & inimici omnis iuſtitiæ: ſed interim maximi hypocritę,fingunt enim ſe noua & inaudita, & quaſi à deo ipſo celitus ſibi ſolis reuelata habere,vt in ſui admirationem rapiant ſimplices incautos, & imprudentium mentibus quandam prędicationis ſuę reuerentiam obducant. Vnde & in conciliabulis, ac latēter docent prędicantque, quatinus aſſertiones eorum tanto ſanctiores habeantur,quanto occultiores vidētur. Communem autem uel tritam ſibi ineſſe ſcientiam uideri refugiunt, ne cęteris pares,ne dicā inferiores, ęſtimentur. Eam ob rem abſtruſa ſemper aut noua affectant & exquirunt, vt dū alij talia neſcire putātur, apud eosquos faſcinarunt non obedire veritati, ipſi de ſciētię

Act.18.

Gala.3.

ſingularitate inaniter glorientur. Omnibus enim vna intentio hæreticis (vt ait Beatus Ber nardus) ſemper fuit captare gloriam de ſingu laritate ſcientiæ. Hinc perſuadere conantur ſe aliis, ceu dormitantibus, ad percipienda altiora & diuiniora diligenter vigilare, ac proinde ea ſibi ſolis nota eſſe ad quæ cognoſcenda non aſſurgunt torpentia cæterorum hominum ingenia, quaſi illorum intellectus ad ea ſe erigant, in quibus reliquorum ſenſus toti dormiunt. Ideo & frequenter iactitant incõprehenſibilia ſe cognouiſſe. vſqueadeò omnes tument, raram ſcientiam pollicẽdo ac vẽditando, ad ſuam ipſorum oſtentationem, nequaquam autem ad aliorum ædificationem, quin potiùs ad ſubuerſionem. Nihil enim illorum intereſſe videtur, niſi quod ad veritatis expugnationem conſpirat. Nec enim inuentionibus ſuis veritatem diligunt aſſequi, ſed tantum vt apud vulgus victores appareãt ac pronuncientur. Ideóque deſudant omniũ ſuperbiſsimi vt ſuperent ſemper, non autẽ vt diſcãt aliquãdo. Hinc nouas quotidie fabricãt hæreſes, aut veteres & antiquas refricant interpollántq;: libros edere nõ ceſſant erroribus ſcatentes, & blaſphemiis refertos. Diuos inſuper iam cũ Chriſto in cœlis regnãtes ſua laude & honore propóſſe ſpoliantes, tantum abeſt vt bonis Chriſtianis, errores ipſorum vel detegere vel reuincere piè ſtudentibus inſultare vereantur, aut morentur reprehẽdere ſancti-

Ser. 5. in cant. tic.

ſanctiſsimos quoſq; patres & eccleſiæ docto-
res, quorum ſententiæ palam manifeſtant q̃
toto cœlo iſti omnes hæretici aberrent, exa-
cuentes vt gladiũ linguas ſuas in deſtructio- *Pſal.63.*
nem extremámque perniciem Eccleſię catho
licæ, quæ etſi variis nouorum eorundémque
falſorum dogmatum ventis ſæpe agitetur, fu-
rentibus hæreticorum pluuiis aſpergatur, flu
minibus ac inundationibus ſectarum impia-
rum pene obrui nonnunquam videatur, per- *Matth.7.*
manebit tamen in finem vſque ſtabilis, iuxta
verbum domini: fundata enim eſt ſupra firmã *Ibid.*
petram. Ideóq; nec eradicabitur aut corruet
vnquam, nec portę inferi aduerſus eam præ-
ualebunt. Bene inquit B. Hieronymus, quòd *Matth.16.*
malitia non habet tantas vires quantos cona- *In apolo. ad-*
tus. Perierat innocentia, ſi ſemper nequitiæ *uerſ. Ruffinũ.*
iuncta eſſet potentia: ſed fidelis eſt deus, qui
non patitur nos tentari ſupra idquod poſſu- *1. Corint.10.*
mus, & facit cum tentatione quauis ab hære-
ticis mota prouentum, vt poſsimus ſuſtine-
re: Immo vel inuiti nõ parum nobis proſunt,
dum alioqui ſocordia ſegnitia ve dormitan-
tes, ad ſtudia cum literarum ſacrarũ, tum vir-
tutum ſępenumero excitant. Siquidem mul-
ta, vt ait B. Auguſtinus, ad fidem catholicam
pertinentia, dum hæreticorũ callida, inquie- *Lib.16. de ci-*
tudine exagitantur, vt aduerſus eos defendi *uit. Dei.ca.2.*
poſsint, & conſiderantur diligentius, & intel-
ligun tur clarius, & inſtantius prędicantur, &
ab aduerſario mota quæſtio, dſcendi exiſtit
occaſio:

occaſio:ita hæretici ſcripturis ſenſum & intelligentiã alienã à Deo,& veritati contrariã introducẽtes, efficiunt vt accedẽte vera fidei ꝑdicatione melius ac clarius ipſa veritas ex falſorum comparatione fulgeat: qualiter oppoſita nigredini albedo magis candet, virtuſque è vitij regione collocata commendabilior euadit: ſic haud dubie ſi eccleſiaſtica doctrina ꝓrſus ita eſſet ſimplex, vt nullis falſorum dogmatũ aſſertionibus exagitaretur, nõ poſſet tam probata tamque abſoluta videri fides noſtra. Catholicam itaque doctrinam nõ ſine dei prouidentia,ex malis quibuſcunq; bonum elicere potentis,obſidet contradicentiũ oppugnatio, vt fides noſtra nullo torpeſcat ocio,ſed ſtudioſis examinata elimataq; exercitiis clarior emineat: Iuxta quod & B. Paulus
1.Cor. 11. dicit oportere hæreſes eſſe,vt qui ꝓbati ſunt, manifeſti fiant. Sic enim certa omnibus manifeſtaque fidelium infideliumq́; differentia, & verè boni maiorem, imo dũ clareſcunt,perfectioreſq; apparent,qui prius vel obſcuri latitabãt: quemadmodum quo maior & ſeuior eſt tempeſtas, eo probatiorem oſtẽdit gubernatorem, & quanto atrocior eſt pugna,tanto fortiorem manifeſtat militẽ. Nec enim idem fuerit nullo vel aliquo ſubuertere conante,& à nullis vel multis fluctibus pulſatum, manere nihilo ſecius victorem ac firmum. Mirum, ſed tamen verum, quanto boni viri ſoleant ſtudio

ſtudio accendi ad piè rectéq; viuendum comparatione peccantium. Quemadmodum arbores altius radicate, ventorum vi cum aguntur hinc & Inde, firmiores fiũt ſic & bene ſolidatas in fundamento vere fidei animas, quęcunque irruerint hæreſes, reddunt fortiores ac conſtantiores, tantum abeſt, ne deprauent, aut minimum ſubuertant: modo ſi diligenter attendant, & quæ ſua ſunt, gnauiter dirigant atque his quæ dicuntur, ſedulo intendãt. Secus autem, ſi ignaui fuerimus non paruam faciemus iacturam, tantum malum eſt ignauia contra vero, nonnullam referemus vtilitatem ex malo aliorum. Si enim ſobrij fuerimus ac vigiles, non deſides aut ſomnolenti, non ſolum nihil nobis nocebit inter medios improbos verſari & miſceri, ſed hoc quoque nos faciet clariores & virtutis ſtudioſiores, Nam ideo bonus & ſapiens deus ita prouidenter diſpenſauit, vt ſimul eſſent & boni & mali, quatinus malorum ſubneruaretur nequitia, bonorúmque ſpectata probitas manifeſtius inclareſceret: Immo vt & improbi (ſi modo vellent) à ſtudioſis plurima caperent emolumenta dum bonis eorum exemplis ad meliorem vite frugem inuitari queunt, & citius reſipiſcere, niſi obſtinatiores fuerint. Sed fremant aduerſarij, & hæretici inſaniant quantum quantum velint, indeuiabilis tamen Eccleſiæ catholicæ matris noſtræ, ſapientum quoq; iuxta ac doctorum virorum

rorum ſententiis innitentes, confutare elabo rabimus pernicioſum errorem illum,quo male perſuaſi nonnulli credunt eos qui hinc migrauerint, noſtris precib⁹, eleemoſynis,ieiuniis,ſanctiſsimo Miſſæ ſacrificio, aliis ve ſuffragiis,nec indigere,nec iuuari vllo pacto poſſe. Quod vt facere incipiamus,eodem quoq; procedemus modo,ad maiorem rei dilucidationem, quem & in priore opuſculo de veritate corporis & ſanguinis Chriſti in ſacroſancta Euchariſtia tenuimus,nempe per quandã concluſionem circa hunc articulum veraciter & indubitãter à Chriſtianis omnibus credendam,quæ talis eſt.

Concluſio de purgatorio indubitanter tenenda.

Firmiter credẽdum eſt purgatoriũ eſſe, in quo poſt hanc vitam detinentur animæ, quæ licet in charitate hinc exierunt, ſatiſfactionẽ peccatis reſpondentẽ non peregerunt dũ hic agerent:quas tamen noſtris orationibus,ieiuniis,eleemoſynis, peregrinationibus piis,aliiſque bonis operibus, maximè autem omniũ in primis venerando Miſſæ ſacrificio,vt à pœnis citius liberentur, adiuuari non eſt ambigendum.

Hæc concluſio catholica,ſeu potius firma fidei veritas probatur ex ſcriptura, ex eccleſia,& ex patribus.

Primum ſcripturæ teſtimonium eſt in ſecundo Machabęorum libro cap.duodecimo. Quiquidem liber oſtenditur eſſe canonicus ex multis. Ex prologo B. Hieronymi in libros

bros Machabæorum, inquiĉtis: Machabæorum libri licet non habeantur in canone Hebræorum, tamē ab eccleſia inter diuinorū voluminum annotatur hiſtorias. Ex beato Auguſtino, libro ſecundo de doctrina Chriſtiana, capite octauo, enumerante libros canonicos, ac ponēte. 24. libros quibus veteris teſtamenti terminatur authoritas, inter quos expreſſe nominat duos Machabæorum libros. Ex Innocētio papa primo in epiſtola ad Exuperium epiſcopum Tholoſanum, cap. 7. recitante eos libros qui recipiūtur in canone ſanctarum ſcripturarum, ſimiliter duos Machabęorum exprimente. Ex doctoribus quoque antiquis, ſecundum Machabæorum librum tanquam canonicum, aut hiſtorias in illo cōſcriptas ſępe citantibus. Eius enim authoritate vtitur Origenes homil. 3. in Cantica Canticorum, quamuis alij aſſcribant B. Hieronymo, qui vertit, vbi ait: Scriptum nanque eſt in Machabæorū libris ita: Hic eſt Hieremias propheta Dei, qui ſemper orat pro populo qui quidē locus eſt ſecūdi Machabęorum, capite 15. Beatus Cyprianus libro epiſtolarum 4. Epiſtola. 6. ad plebem Thibari conſiſtentē, vt Chriſti confeſsionem ſeruet: Quid in Machabæis beatorum martyrum grauia tormenta, & multiformes ſeptem fratrum pœne, confortās liberos ſuos mater in pœnis, & moriens ipſa quoq; cū liberis? De quibus habetur 2. Machabæorum 7. quam quidem hiſtoriam amplius

Hieronym. *2. Mach. liber Canonicus.* *Auguſt.* *Innocentius.* *Origen.* *Cyprian.*

amplius tractat in libello ad fortunatum de exhortatione martyrij, cap. vndecimo. Et libro tertio, ad quirinum aduerſus Iudæos Cap. 4. Ita habet: De hoc in Machabæis: Iuſtũ eſt ſubditum deo eſſe, & mortalem non paria deo ſentire. quod habetur ſecundi Machabæorum nono ex confeſsione Regis Antiochi.

Euſeb. Euſebius libro. 8. de præparatione euangelica. cap. 3. Ariſtobolus autem ille, cuius ſecũdus Machabæorũ liber meminit: quemq; Ariſtotelica peritũ fuiſſe philoſophia cõſtat, ſimiliter manus & cætera membra quando de deo dicuntur, intelligẽda eſſe in libro quẽ ad Ptolomæum ſcripſit &c. Et libro 12. In fine capitis primi: Sic certe de Hieremia traditum fuiſſe Iudæi contendunt, & Machabæorum liber retulit viſum ipſum fuiſſe poſt mortem orare pro populo, quod quidem legitur ſecundi Machabæorum decimoquinto, vt iã præmiſſum eſt.

Ambro. B. Ambroſius libro. 2. officiorum, capite. 29. Fides enim exhibenda omnibus, ſed maior eſt viduarum cauſa & pupillorum. Denique hoc ſolo viduarum nomine, ſicut in libro Machabæorũ legimus, commendatum templo, omne ſeruatum eſt, de quo habetur. 2. Machabæorum 3.

Auguſt. B. Auguſtinus libro ſecundo contra ſecundam Gaudenſij epiſtolã, cap. 23. Proinde etiam ſenior ille Razias, quem ſibi iſti exemplis ſui ſceleris deſtituti, de Machabæorum libris tanquam imitandum ſe inueniſſe gloriãtur, hoc facere debuit

buit &c.de quo legitur 2.Machabæorũ 13.Et de anima & eius origine ad Regnatum, libro 1.capitibus.14.& 15.citat id quod mater ſeptẽ fratrum Machabæorum prædictorũ ait: Neſcio quomodo apparuiſtis in ventre meo &c. quod ſcribitur.2. Machabæorum 7.& libro. 18.de ciuitate dei capite 36. Ab hoc tempore apud Iudæos reſtituto templo non reges ſed principes fuerũt, vſque ad Ariſtobolũ,quorum temporum ſupputatio non in ſcripturis ſanctis,quæ appellantur canonicæ,ſed in aliis inuenitur,In quibus ſunt & Machabæorũ libri, quos non Iudæi,ſed eccleſia pro canonicis habet, propter quorundã martyrum paſſiones vehementes atque mirabiles, qui antequam Chriſtus veniſſet in carnem, vſque ad mortem pro lege dei certauerunt, & mala grauiſsima atque horribilia pertulerunt. Et in libro de cura pro mortuis habenda capite primo : In Machabæorum libris legimus oblatũ pro mortuis ſacrificum,quod habetur 2. Machabæorum 12. Et libro vno de natura boni aduerſus Manichæos, capite 26. Quia ergo deus omnia quæ de ſe non genuit, ſed per verbum ſuum fecit, non de his rebus quæ iã erant, ſed de his quæ omnino non erant, hoc eſt, de nihilo fecit, ita dicit Apoſtolus: Qui vocat ea quæ non ſunt,tanquàm ea quę ſunt. Apertius autem in libris Machabæorum ſcriptum eſt: Oro te fili,reſpice ad cælum, & terram, & omnia quæ in eis ſunt, vide & ſcito, *Rom.4.*
quia

quia non erant ex quibus nos fecit dominus deus. Hæc autem verba habentur. 2. Machabæorum 7. Sed & in concilio Carthaginenſi 3.cui idem B. Auguſtinus interfuit ac ſubſcripſit, capite 47. enumerãdo libros canonicos, duo Machabæorum exprimuntur.

Cõciliũ Carthag.3.

Iam veniamus ad tractandum eum locum vnde primum offertur nobis teſtimoniũ ad certam claramq; purgatorij in altero ſeculo futuri probationem, qui eſt ſecundi Machabæorum 12.capite, vbi dicitur quod cum vir ille fortiſsimus Iudas Machabæus & ſocij ei' volentes corpora ſuorũ in pugna apud Iamniam cæſorum, paternis mandare ſepulchris, inueniſſent ſub tunicis interfectorum, de donariis idolorum, à quibus lex prohibebat Iudæos, vt ſcribitur in Deuteronomio, vbi explicatur quid deberẽt facere filij Iſrael de bonis mobilibus ſeptem gentium à ſe vſque ad internecionem percuſſarum, dum ſubditur: Sculptilia eorum igne combures. Non concupiſces argentum & aurũ de quibus facta ſunt, neque aſſumes ex eis tibi quicquam, ne offendas, propterea, quia abominatio eſt domini dei tui, nec inferes quidpiam ex idolo in domum tuã, ne fias anathema, ſicut & illud eſt. Quaſi ſpurcitiam deteſtaberis, & velut inquinamentum ac ſordes abominationi habebis, quia anathema eſt. Quam quidem legem cum violaſſent aliqui ex Iudæis qui tunc temporis ſub prodicto Iuda Machabæo, in pœnam

Prim' ſcripturæ locus probans purgatorium.

Deuter.7.

nã temeratę legis cæſi ſunt in pugna, oĩbus aliis manifeſtũ factũ eſt hanc ob cauſam eos in prælio corruiſſe. Omnes itaque benedixerũt iuſtũ Domini iudiciũ, qui occulta fecerat manifeſta. Sed quoniam Iudas ipſe militéſque eius piè iudicabant, interfectos nihilominus pœnitentia ductos antequam animam efflaſſent, & exinde cum domini Dei gratia exceſsiſſe, ſanctè exiſtimarũt profuturas eis orationes & oblationes, ſiquę fierẽt illorum vice. Atque ita (vt ibidem ſubiungitur) ad preces conuerſi ex animo implorauerũt, vt id quod fuerat delictum coram Deo optimo maximo obliuioni traderetur, nõ quod vlla prorſus obliuio cadere poſsit in deũ, qui ex Malachia propheta nõ mutatur, & apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſsitudinis obumbratio, vt ait B. Iacobus, vnde neque vlla quorumcunq; actuum poteſt eſſe viciſsitudo: cum enim vnicum patiẽtiæ exemplum Iob ille proclamet de homine quòd nunq̃ in eodẽ ſtatu permaneat, e diuerſo apoſtrophans ad deũ canit Pſalmographus: Tu autem idem ipſe es, quibus ſatiſſupérque cõſtat, quòd licet noſtrũ hunc diem nox ſuccedens excipiat, & contra: quòd que nunc à virtute in viciũ labatur homo, & ab hoc in illã cum dei gratia reſurgat: manet tamen deus ſemper incommutabilis, & ſemper ſui ſimilis, nulláq; vnq̃ obliuionis viciſsitudine offuſcari poteſt: ſed ita præcabatur vir ille, ne quodcunque peccatum fuerat, ad vlteriorem coram domino punitionem reſeruaretur,

Malachiæ 3. *Iacob. 1.* *Iob. 14.* *Pſal. 101.* *Luc. 16.*

tur,& ita pena omnis alioqui debita,& exolue̅da,relaxaretur è vita ſublatis,vt in ſinu Abrahę tande̅ conquieſcere poſſent.In primis ergo paterna pietate co̅ſulere volés defunctis fortiſsimus ſimul & religionis ama̅tiſsimus Iudas Machabæus,precib⁹ ſuperaddit oblationes,inge̅te̅ videlicet pecuniã, nempe duodecim dragmarũ milia,quę æſtima̅tur mille ducentis coronatis, ſeu bis mille ce̅tũ libris,coronato vale̅te trigintaquinq; ſolidis turonicis, Hieroſolmam mittens ad offerendũ ſacrificium pro peccatis mortuorum,id eſt, in remiſsionem peccatorum ab intere̅ptis admiſſorũ ob res illas precioſas, cultui idolorũ prius dicatas, clam retentas. Quoquide̅ facto apertè proteſtabatur pientiſsimus dux,animas in charitate de corporibus migra̅tes iuuari iſtiuſmodi ritibus religioſis ac ſacrificiis, eíſq; refrigeriũ verè præſtari. Neque vero ſic agens vllo modo fallebatur, vnde eodem in loco ſtatim ſubnectitur, quod bene & religioſe de reſurrectione cogitabat. De reſurrectione inquã,hoc eſt,de relaxatione animarum fidelium à pœnis quibus affligantur poſt hanc vitam, ſi dignã, parémve peccatis ſatisfactione̅ hic non exoluerint. Hæc eſt enim reſurrectio prima, qua videlicet anima corpore ſoluta reſurgit à ſuppliciis quibus torquetur.

Secunda autem reſurrectio erit illa omnium generaliſsima corporum è ſepulchris & aliis quibuſcunque è locis in nouiſsimo die futura excitatio, de qua quidem ſecunda reſurrectione

ctione non poteſt aptè intelligi locus ſecundi Machabæorum capite duodecimo quem in manibus habemus, cum ad hanc nihil conferāt ſacrificia, vel preces quæcunque, vtpote quæ erit communis & electis & reprobis. Quod ergo ſubiungitur de reſurrecturis qui tunc ceciderant, intelligendum plane eſt de reſurrecturis, id eſt, ſubleuandis à purgatoria pœna, in qua tunc eſſe merito credebantur, vel ob iam dicta Idolorum donaria ſub tunicis occiſorum inuenta, vel ob quæuis peccata, remiſſa tamē per contritionē ſecundum culpā, cum nō ſit homo qui non peccet, & in multis offendamus oēs. Itaque concluſio iſta 3.Reg.8. Iacob.3.
rectè ibidem infertur: Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur. Sancta quidem quia charitati coniuncta, & ex charitate emanans, quæ nō ſolùm ad viuos ſeſe dilatat & impertitur, ſed etiam ad defunctos qui in gratia deceſſerunt, diffunditur. Charitas enim quæ ex Apoſtolo nunquàm excidit, nec hoc ſæculo, nec in futuro vnquam finitur. Ideoque 1.Cor.13.
bona adhuc viuentium opera & ſuffragia facit etiam mortuis communia: nec abs re quidem. Cum enim fideles, tum viui, tum mortui, omnes per charitatem (quæ eſt Eccleſiæ vinculum) vniantur, tanquam connexa concordiáque vnius corporis membra, quanuis diuerſorum iam ſtatuum, bono iure ſibiipſis opitulari ſtudent: vt

experimur membrorum eiuſdem corporis naturalis vnunquodque per alterum & aliud mutuo iuuari. Sed nec minus ſalubris eſt huiuſmodi cogitatio, ſiue ſpectes eos qui aliis auxiliantur, ſiue illos quibus auxilium præſtatur: his enim prodeſt non parum vt à peccatis ſoluantur, hoc eſt, à delictis venialibus (ſiqua fortè ſuperſunt remittenda) vel à penis quas pro peccatis quibuſlibet, ſed tamen ſecundũ culpam iam dimiſsis, debebant, & nondum exoluerant: pœnæ ſiquidem, nomine peccatorum propter quæ infliguntur, nonnunquã in ſcripturis diuinis vocantur, ſicut & peccatum dicitur hoſtia, ſeu ſacrificium pro pec-

2.Cor.5. catis apud Beatum Paulum de Chriſto Domino, loquentem: Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo. Et apud Oſeã:

*Oſea.*4. Peccata populi mei comedent. Illis quoque, qui hic agentes orant pro mortuis, vtilis eſt eadem cogitatio, dum & ſic merentur ipſi, vt pro eis quoque ſiquando ſimiliter indigeãt,

*Matth.*7. ita obſecretur & imploretur Deus. In qua etenim menſura menſus fuerit vnuſquiſque, remetietur ei. Pro quibus etiam tandem libe rati è purgatorio, & in cœleſtem requiẽ trãſlati, non obliuiſcentur Deo ſupplicare, ne vel minimum ingrati habeantur, aut præteritorum beneficiorum in ſe à viuentibus collatorum immemores videantur: quæ quidem mutua ac communis vtilitas ſi dignè à nobis

nobis perpenderetur, non parum deberet nos omnes inuitare, quin potius nobis prorſus perſuaderet, vt accuratius Deo optimo maximo preces offerremus pro ſubleuatione penarum, earúmque ingentium, quas perpetiuntur in purgatorij ergaſtulo defuncti, & maxime pro eorúmaturiori liberatione, qui de nobis bene meriti ſunt in hac vita, vel q̃a genuerunt, vel quia rectè inſtituerunt & docuerũt, vel quia aliis quibuſlibet nos beneficiis cumularũt, in quos meritò poſſet eorum vnuſquiſque exclamare illud beati Iob: Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me. *Iob.19.*

Secundus qui ſeſe offert ad ſuadẽdum eſſe poſt hanc vitam purgatoriũ, locus eſt apud beatum Matthæum, vbi dicitur: Eſto cõſentiens aduerſario citò dum es in via cum eo ne fortè tradat te aduerſarius iudici, & iudex tradat te miniſtro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouiſsimum quadrantem. Ad cuius quidem loci clariorem intelligẽtiam aduertere debemus, quatuor ibi perſonas exprimi, nẽpe conſentientem, aduerſarium, iudicem, miniſtrũ. quarum perſonarum tres, prima videlicet, tertia, & quarta, ſatis innoteſcũt, nec multũ de eis cõtrouertitur apud doctores. Conſentiens enim, primore aſpectu ſignificari videtur omnis viator ſeu homo, tantiſper donec hac in mortali vita verſatur. Iudex autem, quis alius *Secũdus ſcripturæ locus probans purgatorium. Matth.5.*

alius intelligi poſsit, niſi Chriſtus dominus?
Ioannis 5. cui Pater dedit omne iudiciũ facere quia Filius hominis eſt: & proinde conſtitutus eſt iu-
Act.10. dex viuorũ & mortuorũ, ante cuius tribunal
2.Cor.5. ſtare, ac manifeſtari nos omnes oportet, vt referat vnuſquiſq; propria corporis prout geſſit, ſiue bonum ſiue malum. Porrò miniſter diabolum deſignat, qui volens nolens miniſtrat ſeu ſeruit Domino Chriſto, quatenus probat hic electos ipſius per varias tentatio-
Sap.3. nes, ſicut aurum in fornace probatur & cri-
Luc.22. brat ſicut triticum, vt ſecernanãtur paleæ in-
Matth.3. extinguibili igni comburẽdæ, & congregetur probatum triticum in horreum cœleſte. Qui
Luc.12. & apud beatum Lucam, exactor nominatur,
Matth.18. & apud eundem Matthæum alibi tortor vocatur, quia videlicet tanquam addictus diuinæ iuſtitię executor pœnas peccatis debitas exigat, vel peccatores ſibi adiudicatos tãdem torqueat in gehenna æterna. Aduerſarius vero, hic non poteſt eſſe nec caro ipſa, quã quidem peccatores magis amãt, ſicque ei plus æquo cõcordant. Iuſti autẽ pro virili domant, ac ſpiritui ſeruire cogũt, vt ſibi obtemperare cõpellant: nec diabolus, quanuis ipſe apud B.
1.Pet.5. Petrum expreſſe dicatur aduerſarius noſter: quomodo enim bonus Dominus nobis ſuaderet vt tali aduerſario conſentiremus prorſus à ſe diſcordanti? quæ enim conuẽtio Chri-
2.Cor.6. ſti ad Belial? præſertim cum prędictus Petrus
1.Pet.5. hortetur vt illi reſiſtam⁹ fortes in fide, & ipſo

chriſto

chriſto teſte, nemo poſsit duobus dominis
ſeruire, potiſsimum tam cõtrariis. Neque ve- *Matth. 6.*
ro concordare cum illo expedit vnquam, cui
ſemel in baptiſmate, ac pompis eius renunci-
ando, iuge bellum potius indiximus: & quo
victo coronabimur, quoque victore damna-
bimur. Neque conſentire illi iam decet, cui
quidem ſi nunquam acquieuiſſemus, in has
nunquam miſeras incidiſſemus. Hic ergo in-
telligitur aduerſarius noſter, vel ipſe ſpiri-
tus qui aduerſus carnem concupiſcit, vt &
hæc aduerſus illum ex Apoſtolo, Hæc enim *Gala. 5.*
ſibi inuicem aduerſantur. cui quidem ſpiri-
tui oportet hic carnem cõſentire, & citò, quia *1. Cor. 7.*
tẽpus breue eſt, ac breues dies hominis ſunt, *Iob. 14.*
& neſcimus quando dominus domus veniet,
ſero, an media nocte, an galli cantu, an ma- *Marc. 13.*
ne: ne cum venerit repente, inueniat nos dor-
mientes, ac ſi exterior homo ſimul cum in-
teriore pereat in æternum. Vel hic aduer-
ſarius iuxta beati Auguſtini interpretatio-
nem, eſt Dei præceptum, ſiue ſermo diuinus, *De verbis do-*
qui multa mandat contraria carni, & peccare *mini in euãg.*
volentibus ſemper contradicit, præſertim dũ *ſecundũ Mat.*
ſumus in via ſeculi: vnde & accuſat nos, ſicut *ſer. 1. Et lib. 1.*
& Moyſes Iudæos coram iudice, ſiquidem *de ſer. domini*
ex contemptu verbi diuini, tenemur rei apud *in monte.*
Deum. Recte igitur ſermo diuinus, hic ac- *Ioannis 5.*
cipitur aduerſarius noſter, & bonus quidem
aduerſarius, quippe qui in nullum finẽ alium
aduerſatur nobis, niſi tãtum vt noſtro bono

conſulat, nóſque ab alio aduerſario, qui tan-
1.Pet.5. quam leo rugiens circumit inceſſanter quæ-
rens quem deuoret, omnino liberet. Diuinus
enim ſermo velut pedagogus bonus puero
ſibi commiſſo non permittens quantum in
ipſo eſt, in vllo peccare, obſiſtit nobis, carnē
reprimit, ſpiritum excitat, damnat volupta-
tes, & quæcunque vitia. Virtutes autem extol
lit, & ad ipſas incōparabilibus præmiis pro-
poſitis extimulat, vt comminans intolerabi-
les damnatorum crutiatus, à delinquēdo ve-
hementer deterret atque auocat. Si enim cō-
tra fas omne, delectat quenquam vel inebria-
ri, vel mœchari, vel occidere, vel furari, vel a-
liquid eiuſmodi perperam patrare, protinus
occurrit tibi ſermo Dei, iſta omnia prohi-
bens. Vel hic aduerſarius eſt ipſemet Deus,
Lib.1.de ſer. domini in monte. cui (vt ait beatus Auguſtinus) iubemur con-
ſentire & eſſe beneuoli, vt ei reconciliemur,
à quo peccādo receſsimus, vt aduerſarius no-
ſter dici poſsit. Quibus enim reſiſtit, rectè di
Iacob.4. & 1.petri 5. citur eorum aduerſarius: Deus enim ſuperbis
reſiſtit. Quiſquis in hac via, id eſt, in hac vita
non fuerit reconciliatus Deo per mortem fi-
lij eius, tradetur iudici ab illo, quia Pater non
Ioannis 5. iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit
filio. hæc beatus Auguſtinus. Poteſt etiā hic
aduerſarius forſam non malè dici *συντήρησις*,
vt ea eſt animæ pars quæ vitiis aduerſatur, ſe
ſe à peccato ſempe cupiēs ſeruare immacula-
tam, & perpetrata mala continuò arguens,
cum

cũ enim conſcientia mille teſtes, ſi peccato re murmurat, quomodo non rectè aſſeretur pec catoribus aduerſari? qui ſi non conſentiant ei quam primum reſipiſcẽtes & à malis patratis reſiliẽtes, ſed in ſceleribus ſuis computreſcãt, per Chriſtum omnium iudicem, tandem con demnabuntur, & in gehennam detrudentur. Sed hic aduerſarius conſtituatur ſermo diui-nus, cum omnia fere prædicta complectatur, eſt enim vere aduerſarius noſtræ voluntatis, ſed malæ & deprauatę, dũ in præſenti vita con trarius eſt noſtris carnalibus deſideriis: bonus tamen & vtilis aduerſarius, vt pote auertẽs ab omni voluntate mala, & noſtra ſemper quæ-rens vtilitatem ſpiritualem. In tantum autem nobis aduerſatur, in quãtum & ipſi nobis ad-uerſamur. Quis enim in veritate plus ſibi ad-uerſatur quã qui peccat? Qui enim facit pec-catum ſeruus eſt peccati, & qui diligit iniqui- *Ioan.8.* tatem, odit animam ſuam: & qui deum opti- *Pſalm.10.* mum maximum offendit, gehẽnam ſibi aſci-ſcit, quæ poteſt & corpus & animã ſimul per- *Matth.10.* dere. Ne igitur ſimus nobis inimici, & amicũ habebimus ſermonem diuinũ. Si enim nihil contra tuam ſalutem ſpiritualem egeris, ſi le-gem dei rite impleueris, audiſti ſermonem di uinum, & plane concordaſti: quę quidem cõ-cordia non ſolum nihil tibi mali affert, ſed o-mne inſuper tibi bonũ parit. Qui enim pec-cando perires, obſequendo tali aduerſario ſaluus totus euadis, ſecus autem periculo illi-

tete

tete exponis, quo tradaris iudici ab aduerſario. Si enim in die cum iudicabit deus occulta hominum (vt ait apoſtolus) conſcientia noſtra teſtimonium reddet in cordibus noſtris, & inter ſe inuicem cogitationes accuſabunt, aut etiam defendent, quanto magis nos cõuincet ſermo diuinus, cui per iuſtitiã contradicere aut refragari, ne in minimo quidẽ, tunc poterimus? Ex quo enim & clarus eſt contra vitia, ac intellectu facilis, & verus, ac indubitabilis, quidnam obtendere aut cauſari valebimus? Nihil haud dubie ſic aduerſatur nobis quocunque modo peccare volentibus quàm dei præceptum, ſeu lex eius, & ſcriptura diuina, quæ diuinitus data eſt nobis pro hac vita velut comes, aut (vt verius dicam) cuſtos indiuidua: vt ſit nobiſcum in via, ſeu directrix, moderatríxque noſtrorũ operum, quaſi prælucens, aut digito oſtendens quid ſequẽdum nobis, quidue fugiendum ſit. Ei autem tanto citius conſentire decet, quanto minus certitudinis habemus ſuper vita noſtra, quæ ita à tenui filo pendet, vt dicto citius dirumpatur. Quod digne attendens Eccleſiaſtes ſuadet vt quodcunque facere poteſt manus noſtra inſtanter operemur, venit enim nox teſte domino, quando nemo poteſt operari. Ergo (vt ait apoſtolus) dum tempus habemus, operemur bonum, quoniam nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erũt apud inferos, quo tu properas teſtante eodem Eccleſiaſtæ. Eſt itaque

Rom.2. Eccleſiaſt.9. Ioan.9. Galat.6. Eccleſiaſt.9.

que ſermo dei tuus aduerſarius, quãdiu cum illo non concordas, concordas autem, cũ cœperit te delectare quod enunciat aut iubet ſer mo dei, iam fit amicus tuus, qui ante tuus erat aduerſarius, vt abſoluta vita hac & via, nõ tradat te iudici, hoc eſt, non oſtendat, nec dictet, aut cauſa ſit, nõ ſecus quam lex malefactorem damnare dicitur, quòd iudici tradendus ſis vt puniaris. Si tali noſtro aduerſario, & bono cõ ſenſerimus, cum extra hanc viam erimus, hoc eſt, poſt hanc vitam Chriſtianæ peractam, nõ timebimus iudicem, miniſtrum, carcerem: ſed magis pro iudice, benignum ſentiemus patrẽ: ꝓ ſæuo miniſtro & exactore, vt eſt apud beatum Lucam, reperiemus angelum ſanctum, *Lu.12.16.* qui nos portabit in ſinum Abrahæ: pro tetro autem carcere ac tenebris exterioribus, regni cœleſtis claritatem & amplitudinem conſequemur. Quam cito in via mutantur omnia, quia aduerſario illi bono conſenſiſti, è diuerſo autem, ſi acquieſcere refugis vel aſpernaris, tuo malo experieris ſeueritatem iudicis, qui ſententia ſua irreuocabili declarabit, & adiudicabit te tradendum miniſtro, id eſt, angelo colligenti zizania tempore meſſis, & alliganti ea in faſciculos ad comburendum, & te carceri addicet, ſeu tradi permittet, *Matth.13.* perpetuo quidem, ſi abſque nuptiali veſte inueniaris, tunc enim dicet rex miniſtris: ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores, ibit erit fletus, *Matth.22.*

&

& ſtridor dentium temporalem vero carcerem ſenties, etiam ſi in gratia hinc deceſſeris, niſi debitam præteritis peccatis, quoad culpā tamen iam dimiſsis, ſatisfactionem in hoc ſeculo abſolueris. Hora enim mortis tēpus eſt reddende rationis, quando diſtricte examinabitur quod nobis creditū fuerit, quid de talentis cōmiſsis egerimus, quid lucri, quidue

Matth.25. detrimenti fecerimus, vel talenta multiplicādo vt decebat bonos ſeruos ac fideles: vel eandem abſcondēdo in terra in ſudario reponē-

Luc.19. do, vt ſtultè egit ſeruus ille inutilis piger ac nequam. In ipſo autem carcere temporali & purgatorio exigeris per laborem, ſudorem ignem: ſiue per pœnas atq; ſupplicia, nec exibis inde, quoadusque nouiſsimum reddas quadrantem, ſeu nouiſsimum minutū vt ha-

Luc.12. bet beatus Lucas. Quod ſi tunc magnam debeamus pecuniam homini regi, ſicut ille ſcri-

Matth.18. bitur decem milia talentorum debuiſſe apud B. Matthæum, quàm prolixo putas tempore claudemur in tali carcere? Ex quo enim nihil remanebit impunitum, minima quoque etiā delicta. ibi exacte & ſeuere expiabuntur, donec omnis peccatorū ſcoria extergatur, ſiqui-

Apoc.21. dem in illam ſanctam ciuitatem Hieruſalem nō intrabit vnquam aliquid coinquinatum: veruntamen illinc, hoc eſt, è purgatorio, tandem aliquando egrediemur, nempe vbi nouiſſimum reddiderimus quadrantem, & iuſtas pœnas pro quibuſcunque male admiſsis perſoluerimus

ſoluerimus. quod quidem inſinuat futurum iſte euãgelicus loquendi tropus: ſi enim nunquã eſſemus inde exituri, nunquam væ ad vltimum vſque quadrantem integre exoluturi debitum, quemadmodum qui perpetuæ ſunt addicti gehẽnę infernali, quid ita loqueretur in euangelio Chriſtus? vt diceret non exiturũ ab illo carcere quempiam, donec nouiſsimũ q̃uadrantem reddidiſſet, addens enim ſequẽtibus temporale aduerbium donec, ſecũdum vſitatiorem dicendi intelligentiam, fore aliquando ſatis innuit, quando ex illo carcere liberaremur: quamuis nõ deſint qui aduerbiũ donec interpretentur nunquam, ſic quod illo detenti carcere de quo agitur, continuas quidem pro criminibus pœnas patiantur: ſed nunquam relaxationẽ, aut veniam conſequãtur ac proinde perſoluant nunquam, & nunquam ſint hinc eripiendi. Eo tamen loquendi modo iuxta ſuauẽ literæ ſenſum, magis hic ſignificare videtur Chriſtus dominus carcerem, cuius meminit, eſſe tẽporalem quã perpetuum, à quo videlicet exitus tandem pateat & liberatio, perſoluto per pœnarũ tolerantiam omni debito. Et proinde ex eo loco ſatis bene concluditur, quod poſt mortẽ ſit ſtatuendus locus aliquis animarum corporibus exutarum, etiam in charitate migrantium expiatorius.

Tertius ſacræ ſcripturæ locus à nobis tractandis, qui facit ad probationem purgatorij, habetur

Tertius ſcripturæ locus probans purgatoriũ.

habetur apud eundem Matthæũ capite duodecimo, vbi dicitur: Quicunque dixerit verbum cõtra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit verbum contra ſpiritum ſanctum, non remittetur ei neque in hoc ſeculo, neque in futuro. Verbum dictum contra filium hominis intelligitur omnis ſermo iniurioſus ſeu probroſus contra Chriſti humanitatem propriè prolatus. Quamuis autem huiuſmodi verborum iniurie puris hominibus illate, non eſſent niſi irriſiones, vel detractiones, vel contumeliæ, Chriſto tamen homini irrogate, erant blaſphemiæ: quia Chriſtus dominus non homo tantum erat, ſed etiam verus deus. verbum ergo contra filium hominis dictum erat, quale eſt apud beatum Matthęũ:
Matth. 11. Ecce homo vorax, & potator vini publicanorum & peccatorum amicus. Et apud eũdem:
27. vah qui deſtruis templum dei, & in triduo illud reædificas. Salua temetipſum, ſi filius dei es, deſcende de cruce, &: Alios ſaluos fecit, ſemetipſum non poteſt ſaluum facere. Si rex Iſrael eſt, deſcendat nũc de cruce, & credimus ei: Confidit in deo, liberet nunc eum ſi vult, dixit enim: filius dei ſum &: Domine recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit adhuc viuens: poſt tres dies reſurgam. Et apud beatum
Marc. 2. Marcũ: Quid hic ſic loquitur? blaſphemat. Quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus deus? Et apud beatum Lucam: Videns autem Pha-
Luc. 7. riſæus qui vocauerat eum, ait intra ſe, dicẽs: hic

hic ſi eſſet propheta, ſciret vtique quæ & qualis eſt mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix eſt, & apud beatum Ioannem: Non eſt hic homo à deo, qui ſabbatum non cuſtodit, & multa alia iſtiuſmodi, nempe dicendo quòd filius fabri eſſet, quòd ſeduceret turbas, quòd prohiberet reddi cenſum Cæſari, quorum vnumquodque aſſeritur remittendum ei qui id dixerit, quoniam iſtiuſmodi verba nonnullam excuſationem habere poterant, ſaltem aliqua ex parte apparentem, quanuis nec dignam, nec ſufficientem, ob corporis humani (in quo apparebat Chriſtus dominus) humilitatem ſeu infirmitatem: aut quia effutiebantur iſta ex ignorantia, vel infirmitate, vel paſsione, quæ haud dubie attenuant peccatum ex parte, & ideo venia dignum tale aliquanto magis videtur, ex quo enim procedit ab aliqua iſtiuſmodi imperfectione, remiſsibile efficitur, & quandam veniæ occaſionem præ ſe fert: quia ex directo non obuiat principio per quod fit peccatorum condonatio. Verbum autem contra ſpiritum ſanctum dictum intelligitur contra ipſam diuinitatem. Non enim hic ponitur ſpirituſſanctus prout eſt tertia ſanctiſsimæ Trinitatis perſona, ſed eſſentialiter capitur, vt tribus æque perſonis adaptetur: ſignificat tamen deum ſecundum id quod attribuitur ſpiritui ſancto, nempe ſecundum quod ſpirituales ac ſanctos efficit hominum animos, atque opera eorum ſan-

Ioan. 9.
Matth. 13.
Ioan. 7.
Matth. 22.

Verbũ contra ſpiritum ſanctum.

ſanctificat. Videtur ergo hic capi, dicere verbum in ſpiritum ſanctũ, pro eo quod eſt, impugnare deũ homines ſanctificãtem, quicquid enim aperte pronunciatur contra deitatem, vt quod non remittat deus peccata, nec ſanctificet homines, vel quod nulla ſit dei prouidẽtia, vel quod huiuſmodi ſint æque tribuenda ſpiritui immũdo, verbum eſt in ſpiritum ſanctũ. ſic enim dicere, eſt directè & ex induſtria contra ſpiritum ſanctum loqui ſecundum quod deus eſt. Ideóque hic diſtincte ponitur ſpiritus ſanctus è regione filij hominis, vt cõtra hominem diſtinctus intelligatur deus, & proinde offenſa contra filium hominis diſtinguatur pœnes grauitatem criminis, ab offenſa contra deum, ſeu contra diuinitatem. Quæ quidem blaſphemia impudenter mentitur omnia miracula, prodigia, ſigna ſpectare ad diabolum, non autem ad diuinam magnificentiam, dum quis videlicet in factis miraculoſis videns opera dei, nihilominus calumniatur, & dæmonis eſſe virtutem, impie aſſeuerat, contra cõſcientiam propriam facibus inuidiæ accenſus, malignóque propoſito agitatus. Qualiter ſcribæ, & phariſæi, infenſiſsimi hoſtes Chriſti domini, non potentes negare quæ fiebant ab ipſo miraculoſa opera, vtpote quæ ſub eorum oculos ponebantur, in Beelzebub principe dæmoniorum vociferabantur ea patrari. Impœnitentiam quoque ſeu obdurationem cordis cõtra gratuitum dei donum, quo fit omnium

Matth.12.

præterito-

præteritorum remiſsio peccatorũ, poſſumus conformiter ad diuum Auguſtinum vtcunque appellare blaſphemiam, ſiue verbum, cõtra ſpiritum ſanctum ſiue cogitatione ſola, ſiue lingua, etiã exprimente fiat. Vel peccatũ in Spiritum ſanctum intelligimus obdurationẽ cordis in malo vſque in finem vitæ, qua homo recuſat in vnitate corporis Chriſti quod viuificat Spirituſſanctus, remiſsionem accipere peccatorum, ſic includit perſeuerantiam in nequitia & malignitate cum deſperatione indulgentiæ Dei. Sed iſta impœnitentia, ſeu cor impœnitens diiudicari nequit, dum quis adhuc in hac carne viuit. Ideóque de nullo prorſus deſperandum eſt quandiu ipſum patientia, lõganimitas, & benignitas Dei ad pœnitentiam adducit, & tantiſper donec impius de hac vita ſublatus ſit. Vocatur & peccatum in Spiritum ſanctum vt eſt tertia indiuiduæ Trinitatis perſona, omne piaculum quod ex certa malitia cõmittitur, quia directè obuiat Spirituſſancti attributo, cui bonitas appropriatur. Cuius enumerantur ſex ſpecies. Deſperatio, præſumptio, obſtinatio, finalis ĩpœnitentia, inuidentia fraternæ gratiæ, & impugnatio veritatis agnitæ. Accipitur autem hic inuidentia fratérne gratiæ, cum eſt tanta in aliquo malitia, quod ei diſplicet gratia dei creſcens in mundo. Finalis verò impœnitẽtia intelligitur hic, qua aliquis tantæ eſt malitiæ ꝙ eligit de peccato ſuo nunquam pœnitere, ita

De verbis domini in euãg. Mat. ſer. 11. de peccat. in Spiritum ſanctũ.

Aug. epiſtola 50. ad Bonifaciũ comitem.

Rom. 2.

Sex ſpecies peccati in ſpiritum ſanctũ.

vt non vellet ſibi gratiam pœnitẽdi à deo dari. Dicitur autem verbum in Spiritum ſanctũ, non remittendum, non quod ſimpliciter ſit irremiſsibile, ſed prędicitur euentus rei, videlicet quod de facto non remittetur, quod intelligi adhuc debet, vt plurimũ, vel (vt aiunt) regulariter. Nam nec potentia diuina, nec immenſa Dei optimi maximi miſericordia aſtricta eſt ad non ignoſcendum huiuſmodi peccato, ſed ſecundum regularẽ curſum eueniet quod non remittetur, quia comitem ferè habet pertinaciam, & obſtinationem in malitia, & ſic refragatur & obſtat remiſsioni, quatenus is qui tali afficitur vitio, nec vult deſiſtere à ſuo malo, nec reſipiſcere: vnde cum diuinam maieſtatem in ſanctis operibus ac miraculoſis clariſsimè emicantem, nihilominus conſcientia remurmurante pro virili extinguere ac impugnare nõ ceſſet, conſtat eius peccatũ ſimile eſſe malignitati ac nequitiæ diaboli, cuius ſuperbia aſcẽdit ſemper, vt ait Pſalmographus, & proinde taliter peccãti rarò admodum datur dignam agere pœnitentiã qua gratiam dei recipi mereatur, & tamẽ cum inexauſta dei miſericordia ſit ſupra omnẽ curſum regularem, nulli vnquã dũ adhuc in viuis eſt, deſperandũ eſt. Quod verò ſubdit: Neque in hoc ſæculo neq; in futuro, licet poſsit exponi vt oĩno ſignificetur verbũ illud in ſpiritũ ſanctũ nunq̃ eſſe remittendũ, pro quo & id b. Marci videtur facere: Qui autẽ blaſphemaue-

Pſalm. 73.

Marc. 3.

mauerit in Spiritũ ſanctũ nõ habet remiſſio-
nẽ in ęternum, ſed reus erit æterni delicti: a-
liud nihilominus inſinuatur ac intelligi da-
tur iſtis verbis ſic adiectis, Immo vero clare
oſtenditur quaſdam culpas in hoc ſæculo di-
mitti, ſed nec minus quaſdã etiam in futuro
relaxari. Si enim nulli prorſus delicto venia
daretur in futuro ſęculo, fruſtra & ſuperflue
videretur adiici illa particula: Neq; in futuro,
perĩde ac ſi nulli ignoſceretur peccato in prę-
ſenti vita: non dixiſſet Dñs: neq; in hoc ſæcu-
lo. Dũ ergo meminit Chriſtus dñs duorũ ſæ-
culorũ, & diſtinctè, & ſeorſum, & in eodẽ lite
ræ cõtextu, qs nõ videat ꝑſpicuè cũ voluiſſe
ſignificare aliqua quidẽ in hoc ſæculo, aliqua
verò in futuro condonari peccata, & quoad
pœnã, & quoad culpã? Ideò eñ de peccato, qđ
ſanè nomen eſt culpæ, aſſeruit ꝙ non remitte-
retur, vt culpam quoque comprȩhẽdi quan-
tum ad remiſsionem nõ ambigeremus. Quod
igitur de vno planè negatur ob grauitatẽ cri-
minis, ſatis videtur conſequi vt de altero vel
alio propter leuitatem delicti concedatur.
Siquidem non de quibuſlibet ſceleribus in-
diſcriminatim id concedi credendum eſt, ſed
de minoribus noxis tantum id fieri eſt vero
ſimilius, cuiuſmodi ſunt ocioſus ſermo, fre-
quẽs, immoderatior riſus, lætitia effrenis, vel
peccata curæ familiaris, quã vix ſine omni cul
pa pertractant, etiam ipſi qui non ignorant

qualiter culpam declinare debeant: aut etiam ipſa peccata quę vel per paſsionem, vel per infirmitatem, vel per ignorantiam & ſurreptionem extenuantur ad venialem culpam, alioqui futura mortalia, Quæ omnia, licet venialia, poſt mortem grauant animam, niſi in hac vita fuerint relaxata. Nec tamen omnibus dimittentur huiuſmodi peccata quàmlibet parua fuerīt, ſed iis duntaxat qui hinc tranſierint cum charitate & gratia, quíque bonis operibus ſuis dum in vita adhuc mortali erāt, promeruerint vt id obtinerent: itaque poſteriore iila particula ſententię à Chriſto domino pronunciatæ, manifeſto indicatur quod aliqua peccata remittuntur poſt animę à corpore diſſolutionem, niſi ſuperfluę additum partem illam concedere maluerimus, quod haud dubiè non debemus, ſi enim verbum breuiatum fecit Dominus ſuper terram, quomodo ex ore diuinę ſapiētię ſuperuacaneū aliquod verbum excidere potuit, aut in ſacro Euangelio ſuperflui aliquid reperietur? In quo, velut breuiſsimo epithomate, recapitulantur omnia, ne prolixitas nauſeam pareret venturis ad fidem Euangelicam. Cum ergo ea quæ minima putantur, in lege ſacramētis ſpiritualibus plena ſint (vt ait Beatus Hieronymus) vnde & meritò ait B. Apoſtolus, omnia in figura contigiſſe Iudæis, & Chriſtus ipſe: iota vnum (inquit) aut apex non prętcribit à lege, donec omnia fiant, credere quoque oportet minimum

Romano.9. *In Mat.ca.5.* *1.Cor.10.* *Matth.5.*

nimum quodque verbum ex diuino Chriſti ore prolatum, certa de cauſa, & ad noſtram vtilitatem ac doctrinam, ab Euangeliſtis, & aliis ſacri eloquij ſcriptoribus, nobis relictum eſſe. Si enim Ethnici, vel poetæ, vel hiſtoriographi, vel oratores vtcunque abſoluti, totius dictionis ſuę rationem ita reddunt, vt interrogantibus reſpődeant, cur hoc vel illuc vocabulum ſic collocarît, hoc omiſerint, illud adiunxerint: poſſumus dubitare quicquam abſque magna ratione elapſum eſſe vnquam à mellifluo Chriſti ore, qui eſt dei ſapientia, & in quo ſunt omnes theſauri ſapiẽtię & ſciẽtię dei? Colligamus ergo ex illo Dñi verbo purgãdas eſſe nonnullas poſt hanc vitã offenſas, & ex conſequenti locum quendam à diuina iuſtitia & ſapientia ordinatũ, in quo expientur: alioqui non videtur cur in verbis Chriſti citatis, fuerit illa poſtrema adiectio exprimenda. Quod ſi animę hinc emigrantes eluantur à peccatis in hoc ſeculo non exolutis, conſentaneum eſt diuinę æquitati, vt id non ſine pœnę alicuius perpeſsione fiat, quatinus ſic tolerando, vtcunque deo ſatisfaciãt. Si enim in hac vita, vbi eſt loc⁹ miſericordię, & vbi miſericordia ſuperexaltat iudiciũ: Miſericordia enim Domini plena eſt terra, ſecũdum communem legem non dimittũtur totaliter offenſę ſine aliqua pro eis ſatisfactione, quanto magis exigetur ſatisfactio pro peccatis remittẽdis, vbi erit locus iuſtitię, & quidam

1. Cor. 1. Coloſſ. 2.

Iacob. 2. Pſalm. 32.

Matthæi 5. & quidam punitionis rigor ſeruabitur,& ad vltimum vſq; quadrantem à debitoribus exoluetur? Bono itaq; iure intellexerunt ſancti doctores ex adducto b. Matthæi loco purgatorium poſt viam ponendum eſſe, in quo ſatisfacere habeant animæ in gratia decedentes pro his peccatis pro quibus in corpore adhuc exiſtentes non dederunt pœnam condignam, ne aliquod relinquatur malum impunitum, néue iuſtitia aliquando violata ꝑ peccatũ,nõ ordinetur vnq̃ per pœnã offenſæ debitã. Cũ enim illo in loco Dominus eodem pariq; cõtextu & præſentis & futuri ſeculi mentionem fecerit, quantum ad remiſsionem peccatorũ, haud dubiè oſtendit aliqua in hoc ſæculo peccata & aliqua in illo dimitti, vnde concludimus,& rectè quidem, purgatorium in futuro ſæculo,ac illic fore remiſsionem etiam ſecundum culpam,nedum ſecundum pœnam, eius peccati quod non fuerit hic omnino condonatum,peccatum enim vt iã præmiſimus,nomen eſt culpæ, ſecundum frequentiorem dicendi vſum.

Quartus ſcripturæ locus probans purgatorium. 1.Cor.3.

Quartus locus purgatorij ſuaſorius,eſt apud beatũ Paulum in priore ad Corinthios, vbi dicitur: Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitũ eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Si quis autem ſuperædificat ſupra fundamentum hoc, aurum argentũ, lapides precioſos: lignũ,fœnũ,ſtipulã:vniuſcuiuſque opus manifeſtũ erit, dies enim Domini

mini declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit. Si cuius opus manſerit, quod ſuperædificauit mercedem accipiet. Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur. Ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem. Quod ad huius loci dilucidationem attinet, principiò aſſeritur nullum aliud fundamentum fidei ac ſalutis humanæ poſſe conſtitui præter vnum Chriſtum Ieſum, cui concordat quod in Actis habetur, non eſſe aliud nomen ſub cœlo datum hominibus in quo oporteat nos ſaluos fieri. *Act.4.* Quanuis enim (vt ibidem rectè aſſerit b. Petrus) Chriſt⁹ ipſe reprobatus ſit à Scribis, Phariſæis, ſenioribus, ac principibus ſacerdotum, attamen tanquam electiſsimus lapis factus eſt in caput anguli vt prædixerat Pſalmiſta, & non fuit in aliquo alio ſalus. *Pſalm.117.* Optimo igitur iure omnibus aliis hoc fundamentum longe anteſertur, vtpote quod eſt fundamentum Apoſtolorum & prophetarum, in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in Domino, vt dixit & prædictus Paulus. *Ephe.2.*

Alia quidem leguntur fundamenta, vt illa duodecim in Apocalypſi in quibus ſunt duodecim nomina Apoſtolorum, ſed à potiſsimo fundamento diſtantia. *Apoc.21.* Hoc enim omnium eſt primum & præcipuum, in quo & illa fundantur, ſine quo & ſtatim corruerent, per quod vnum & ſaluamur, nullus ſiquidē

vnquam ſaluatus eſt, aut ſaluari poteſt niſi in fide Chriſti Ieſu. Super quod quidem fundamētū nihilominus varia & diuerſa extrui ſpiritualiter poſsunt, & quę tātū differant, quantum aurum, argentum & lapides precioſi inuicem: & quanto hæc pręſtant ligno, fœno, ſtipulæ. Doctrinarum nanque & operationū itidem humanarū, aliæ aliis eo meliores ſunt, quo aurum argento precioſius habetur, & ſi reliqua quoque inuicem componas, non diſſimilem valebis inuenire collationē inter diuerſa doctrinarum operationumque genera. Quamuis autem propius ſpectent hęc ad doctrinas, non prorſus tamen ineptè ad cætera hominum opera referri queunt, vtpote quæ non minus tandem manifeſtabuntur, & qualia fuerint, per eūdem ignē probabuntur. Cūcta enim (vt ait Eccleſiaſtes) quę fiunt adducet Deus in iudicium, ſiue bonum, ſiue malū ſit. De doctrina quidem ſuperędificanda quæ non verbo ſolum, ſed exemplari quoque vita fit, & eò magis, quo facta dictis præponderāt, pluſq́ue mouent, intellige vt huic coniuncta fundamento, & quæ pręſupponit Chriſtū fundamentum, ac eius fidem. Vnde nec ſimpliciter dicitur: Siquis ſuperędificat ſuper fundamentum, ſed cum adiectione: ſuper fundamentum hoc, quod eſt Chriſtus Ieſus. Itidem & de operibus eidem fundamento cōnexis & innixis intelligendum venit. Quorum vnum quodque, ac vniuſcuiuſque hominis

Eccleſ.12. *1.Cor.3.*

minis opus manifeſtũ erit tandem aliquãdo,
etſi nunc plurima latent mortales. Quæ enim
nunc velut tenebris occultantur,in die domi
ni planè reuelabuntur, cum videlicet iudica- *Rom.2.*
bit deus occulta hominum: vel in morte cu-
iuſque in particulari,vel in die vniuerſalis iu-
dicij quem Sophonias vocat, diẽ domini ma- *Sopho.1.*
gnum,vbi tribulabitur fortis: nã dies ire dies
illa,dies tribulationis & anguſtiæ,dies calami
tatis & miſeriæ, dies tenebrarum & caliginis,
dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clango-
ris ſuper ciuitates munitas, & ſuper angulos
excelſos.Omnes enim nos(vt ait apoſtolꝰ)ma *2.Cor.5.*
nifeſtari oportebit ante tribunal Chriſti, vt
referat vnuſquiſq; propria corporis prout geſ
ſit,ſiue bonum, ſiue malum. Et corã domino
(vt inquit ſybilla)reges ſiſtentur ad vniũ,qui
quondam potentiſsimi, tunc tamẽ nudo la- *In epiſtola ad*
tere palpitabunt(vt loquitur B. Hieron.)hic *Heliodorum.*
enim pluribus ſtipati ſatellitibꝰ neminẽ verẽ-
tur aut timent,illic ſuis deſtituti lateronibus,
quomodo non trepidabũt vt cæteri? Aurum
hic poſſumus interpretari occultum ſanctorũ
ſenſum,qui verſatur in cordis arcano,& ſplẽ-
det vero lumine dei. Argẽtum vero, eloquia
domini,eloquia caſta(vt ait pſaltes) igne exa- *Pſalm.11.*
minata,probata terræ purgata ſeptuplum,vel
quẽcunq; ſermonem decentẽ. Lapides autem
precioſos, opera deo placentia. His metallis,
precioſiſq; lapidibus ſuperſtructis lõge illu-
trior fit Eccleſia noſtra, quam vnq̃ ſynagoga
fuerit,

fuerit.His lapidibus viuis vere ædificatur domus Chriſti,& pax ei pręb etur ęterna,vt me-
Agg.2. rito dicatur id Aggei: Magna erit gloria domus iſti⁹ nouiſsimę plúſq; primę. Vel per aurú,intellige dilectionē dei ex toto corde tuo, & in tota aīa tua, & in tota mēte tua, quod eſt
Matt.22. maximū & primū mandatū, vt Chriſtus dn̄s reſpondit legiſdoctori ipſum tentanti. Per argentum, dilectionem proximi qua eum pro-
Ibid. ſequi debes, ſicut te ipſum. Per lapides precioſos, alia bona, & ſancta opera, quibus emitur vita æterna. Vel per iſtorum trium diſtantiam, operum quoque fidei adiectorū differentiam accipe, vt nonnulli faciant opera ſumma & perfectiſsima,alij mediocora, alij infima,bona tamen illa:cuiuſmodi ſunt caſtitas virginalis, caſtitas vidualis, & debitus matri-
Hebr.13. monij vſus, vt ſit honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus vt ait apoſtolus. Vel ſicut differūt martyrium, virginitas, coniugium: quorum talis eſt proportio, qualem ponit Chriſtus inter varios fructus enatos ex ſæminibus in bonam terram cadē-
Matt.13. tibus,nempe vt aliud det fructum centeſimū, aliud ſexageſimum,aliud triceſimum.Per ſupradicta ergo nempe aurum, argentum, lapides precioſos, intelligimus excellentiſsima quæque, & eximia ſolidáque, qualia habentur præ cæteris illa tria ſi de bonis fortunæ agitur.Per lignum autem,fœnum,& ſtipulam, e diuerſo capimus friuola, viliaque, qualia

reputan-

reputantur illa in comparatione auri, argenti, lapidū precioſorum. Si ad doctrinam referas, intellige curioſa quædam, & minus vtilia, ac vana, quæ occupant hominum animos, & à melioribus magiſque neceſſariis impediunt, & quodammodo retardant progreſſum profectúmque vitæ ſpiritualis, & prædicationis euangelicæ: cuiuſmodi ſunt quæ à nonnullis afferuntur inter concionandum ridicula, aut prophana multa ex Philoſophis, oratoribus, hiſtoriographis, poetiſue gentilibus, forte in ſuam ipſorum commendationem, magis quàm in exaltationem fidei, & euangelij promotionem, vt videlicet magnam de ſe apud vulgus æſtimationem relinquant, dum ſic videntur nulla prorſus ignorare, aut intacta præterire: ſed ſeculares perinde ac diuiniores literas omnes æquè ad manum habere, cùm tamen potius toti incumbere deberent, vt auditoribus ſuis ſpiritualiter conſulerent, eoſque ædificarent, alia propter CHRISTVM arbitrando eſſe incommoda, exemplo beati Pauli exiſtimantis omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam domini ſui IESV CHRISTI, propter quem decet nos iſtiuſmodi omnia arbitrari vt ſtercora, vt CHRISTVM & nobis, & aliis lucrifaciamus: vt in illo inueniamur omnes non habentes prudentiam & ſapientiam carnis aut mundi (quæ inimica eſt Deo) legi enim Dei non eſt ſubie-

Philip. 3.

Rom. 8.

ſubiecta, nec enim poteſt teſte eodem apoſto-
lo: ſed petendo, quærendo, pulſando, pruden-
tiam ſpiritus quæ vita ex pax eſt, nobis cõpa-
remus, & illam poſtulemus ſapientiam de ſur-
ſum deſcendentem à patre luminum (vt ait B.
Iacob.3. Iacobus) contemnentes iſtam terrenam, ani-
1.Cor.3. malem, diabolicã. Sapientia enim huius mun-
di, ſtultitia eſt apud deum, ſcriptum eſt enim:
Iob 5. Comprehendam ſapientes in aſtutia eorum,
& iterum: dominus nouit cogitationes ſapien
tium, quoniam vanæ ſunt: quæ autem de ſur-
ſum ſapiẽtia, primum quidem pudica eſt, de-
Iacob.3. inde pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis con-
ſentiens, plena miſericordia & fructibus bo-
nis, non quærens quæ ſua ſunt, ſed quæ Ieſu
Chriſti: nec curãs hominibus placere, ſed deo
totaliter, in quem omnia ſua dirigit, ad verã
creatoris omnium gloriam, & aliorum ſalutẽ.
Rom.15. Ideoque ſic bene ſtudet iuxta B. Pauli moni-
tionem, vt proximo placeat in bonũ ad ædifi-
1.Cor.10. cationem, & ſine offenſione ſit Iudæis ac gen
tibus & eccleſiæ dei, ſicut & ipſe Paulus per
omnia omnibus placebat, non quęrens quod
ſibi vtile erat, ſed quod multis, vt ſalui fierẽt.
Secus autem, non quærens hominibus place-
re, ne ſi ad huc hominib9 placeret, Chriſti ſer
Galat.1. uus non eſſet. Itaque ſapientium huius mũdi
verba, & quæ velut paradoxa vocant, pœtarũ
figmenta, narrationes hiſtoricorum vt pluri-
mum falſas & mendaces, oratorumque blan-
diloquentiam abiiciamus in lectionibus, cõ-
cionibuſque

cionibuſq; ſacris, præ iis quæ affatim ſuppeditat nobis diuina ſcriptura, quæ ſatis diues eſt & ſatis habundat iis oĩbus tũ ſententiis, tũ exemplis, tum exhortationibus quæ faciunt, ad bene beatæq; in domino viuendum, ſi accurate ipſam reuoluamus. Hæc eſt enim, ô Chriſtiani, veſtra ſapientia, & intellectus coram populis, quod dicebat Moyſes Iudęis, vt *Deut.4.* audientes vniuerſi ſynceram ſacrorum voluminum tractationem, atque prædicationem per vos replicatam, dicant: En populus ſapiẽs, *Ibid.* & gens intelligens magna. Quæ eſt enim alia gens ſic inclita, vt habeat ceremonias, ſanctáque iudicia, & vniuerſam legem euangelicam quam ad nos cœlitus ſecum detulit ille magni *Eſa.9.* conſilij angelus, ſapientia dei Chriſtus dominus? *1.Cor.1.* In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & *Coloſſ.2.* ſcientię dei abſconditi. Haud dubie non fecit taliter omni nationi (vt ait regius propheta) *Pſalm.147.* & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Eſt enim ſacra ſcriptura, latiſsimus campus, & omnium affluentiſsimus, quaſi odor agri pleni cui benedixit domin⁹, *Gene.37.* in quo nihil deſideres, quod ad vtilitatem Chriſtianam eſſe poſsit. Nec enim lilia deſunt virginitatis & honeſte caſtitatis, nec roſe rubicũdi martyrij, nec amaracus ſanctimoniæ ſuaueolentis, nec violę purpuraſcẽtis meriti, nec nardus fidei integre, nec ſinapi multiplicate religionis, nec balſamus odorifere vitæ: vnde Chriſti bonus odor ſumus deo, *2.Cor.2.* in his qui ſalui fiunt, & in his qui pereunt:

pereunt: nec helleborus malam mentem pur-
2.Cor.2. gans,nec abſynthium vel lactucę agreſtes pœnitentiæ acerbioris,nec naſturtium vigilãtię, nec thimus gratitudinis, nec fœniculũ illuminationis,nec yſopus purgationis ac purificationis, nec myrrha mortificationis carnis, nec aloe præſeruationis à viciorum putrefactione,nec fraga humilitatis, nec frumentum
Pſalm.103. confortans cor hominis, nec alij flores omnigeni,ex quibus modo tibi non deſis,ſuauiſsimum ſertum colligere poſsis, & coronã vndiquaque perfectam conficere: qua quidem ſi redimitus fueris,nõ eſt quod aliunde ex ſæcularium ſcientiarum quibuſuis authoribus decorem tibi aſciſcas, ſatis enim bonis omnibus gratus eris,ſi probe ſtudueris ditari his opibus, quas tibi abũdè ſuppeditat vberrimus ſacrarum literarum hortus,& fœcundiſsimus cãpus. Quid opus eſt dicere de innumeris arboribus bonis quæ ſemper faciunt fructũ bo
Matth.7. num nec poſſunt facere fructus malos: Siquidem in agro ſacrę ſcripturę paſsim occurrent tibi morus prudentiæ, quercus fortitudinis, myrthus tẽperantiæ, palma iuſticiæ & victorie,contra mundum, carnem,diabolum. Cedrus altioris ſpei, roſmaris charitatis, lignum vitæ,ficus dulcedinis, olea miſericordiæ concordiæ & pacis ad omnes, buxus mundiciæ ſemper Virentis,laurus triumphi de omnibus noſtræ religionis aduerſariis, ilex vitæ æternæ,pinus Chriſtianę pulchritudinis,larix in-
uicte

uicte patiẽtię, ligna ſetim incorruptionis perpetuę, vt autem taceamus alias innumerabiles arborum ſpecies & genera quãplurima, ſuper adiungam dũtaxat de vitibus quarum vinum iam in verum Chriſti ſanguinem myſticis verbis conuerſum, lætificat deum & homines, & virgines germinat. Prætereo puteos multos à patriarchis effoſſos, qui tã alti tamq; affluẽtes ſunt, vt capi humana mẽte nõ poſsint, nec vnq̃ exhauriri: quo enim altius penetraueris, eo ꝓſtãtiora ac diuiniora ſupereſſe intelligẽda cõperies: & q̃tomagis ex huiuſmodi puteis abũdantioribus hauſeris, tãto exundãtior ebullit aq̃, & lympidior, ſalubriorq́; emergit. Quorũ aquæ fluunt in vitam ęternam, & fiunt fontes perẽnes quos deſiderãt cerui ſpirituales. Trãſeo fontẽ illam hortorũ puteumq́; aquarũ uiuẽtium, Chriſtũ dominũ. Inſuper & quatuor illa magna paradiſi flumina, quæ euangelico fluxu irrigant vniuerſum terrarum orbem.

Iudi.9. *Zach.9.* *Ioan.4.* *Pſal.41.* *Cantic.4.* *Gene.2.*

Sed eo reuertamur vnde digreſsi ſumus. Si antecitatum b. Pauli locum operibus adaptare libet, cum lignum, fœnum, ſtipula, combuſtioni ſint obnoxia, per ipſa quoque intellige opera igni digna: quia vero nõnulla perpetuis flammis plectenda ſunt, nẽpe mortalia crimina: & hic promittitur ſalus, quãuis detrimẽto per ignis ardorem acepto ob aliqua opera, ſupereſt vt opera mala per lignum, fœnũ, ſtipulam adumbrata, capiamus peccata venialia, q̃ ꝓ maiori minoriuę grauitate, diutius citiuſue

ſint igni expianda, quemadmodum ſtipula celerius fœno, & fœnũ rapidius ligno abſumitur igne. Comprehendenda quoque videntur ſub his ſcelera capitalia, ſed tamen ſecundum culpam iam per dignam pœnitentiam ſeu contritionem remiſſa, & ita in offenſarum venialium naturam aliquatenus redacta, ſi pœnam tantum temporalem ipſis taliter remiſsis debitam attendamus, quãuis adhuc diuturniore expurganda punitione indubitanter credantur, nihilo ſecius aliquãdo finienda: cum è diuerſo flagitia mortalia hic nequaquã remiſſa ſecundum culpam, perpetuo ſint incendio gehennali addicenda, nec vnquam eluenda, ac proinde cum talibus morientes criminibus nunquam liberandi. Ex quo enim culpa in damnatis per obſtinationẽ animi in malo perſeuerabit, perſeuerabit & pœna, ne malũ illud remaneat impunitum, quod per pœnam ordinari habet. Vnde ingentiſsimum ac ſummæ efficax dominicæ paſsionis meritum clare oſtenditur, dum eius gratia per purgatoriũ poſt hanc vitam, aut per dignos pœnitentiæ fructus in præſenti vita poteſt obligatio pœnæ tolli & deleri, ne mortale crimẽ ſempiterno mulctetur igne, ſicut merebatur antequã ſecundum culpam remitteretur. Peccata autẽ venialia vtpote minima ac leuiſsima, nõ ſunt vſque adeo mala vt deſtruant fundamentum, aut fidem quæ per charitatem operatur quia tamen non omni carent culpa, & proinde vitioſa

Efficaciſsimũ paſsiõis Chriſti meritum.

Galat.5.

tioſa ſunt, haud dubiè ardebunt quatinus ceu ſcoria igne abſumpta, vndequaque puri eniteant, qui in ſanctam ciuitatatem Hieruſalē cœleſtem ſunt transferendi, in quam nihil coinquinatum vnquam intrabit, via enim ſancta vocabitur (vt ait Eſaias) non intrabit per eam pollutus. *Apoc. 21.* *Eſaia. 33.*

Ergo vnuſquiſq; opus quale ſit, ignis probabit, id eſt, rigoroſum quoddam iuſtitię diuinæ examen, exactiſsima enim fore Dei iudicia credere decet, perinde quaſi rem explores igni, qui ſupremum in examinando locū obtinet. Quamuis enim (vt ait propheta) Miſericordia Domini plena ſit terra. Et teſte B. Iacobo, ſuperexaltet miſericordia iudicium, in morte tamen ſentiet vnuſquiſque quàm horrendum ſit incidere in manus Dei viuentis: quippe qui eſt & potentiſsimus ad pœnā infligendam, & iuſtiſsimus ad exigendam, vt ne latum quidem vnguem à iuſtitia deflectat, illa potiſsimum hora. Vt enim hoc tēpus miſericordiæ, & meritò quidem dicitur, ita futurum illud tempus erit iuſtitiæ, & exactiſsimi iudicij, quod ſatis clarè nobis conſtare debet, ex veriſsimo Chriſti Domini ſermone, quo aſſeuerauit vnum quenque rationē redditurum in die iudicij, de omni verbo ocioſo quod locutus fuerit, quanto autem magis exigetur tunc ratio de verbo apertè malo iuxta quod ait Sapiens: Qui loquitur non poteſt latere, nec præteriet illum corripiens iu- *Pſal. 118.* *Iacob. 2.* *Hebræ. 10.* *Matth. 12.* *Sap. 1.*

d dicium

dicium, immo & de interioribus ipſis cogitationibus examen & diſcuſsio fiet iuxta q͛d
Ibidem. & prædictus Sapiens ſubiungit: in cogitationibus enim impii interrogatio erit, ſermonũ autem illius auditio ad Deũ veniet, & ad correptionem iniquitatum illius, quoniam auris zeli audit omnia, zelans enim zelatur Deus,
Exod. 20. & 34. qui & zelotes nominatur (nam dominus zelotes nomen eius) ob ſingularem animarum zelum, propter ingentem affectum quo peccatis iraſcitur, ſumme zelans pro obſeruatione legis ſuæ. Itaque non impune ferent in iudicio tranſgreſſores diuinæ legis, ſiquidem accen-
Pſal. 78. detur velut ignis zelus eius, zelus enim & fu-
Prouerb. 6. ror viri non parcet in die vindictæ. Quomodo, quæſo, qui putãdus eſt Deus iuſtus iudex,
Pſal. 102. (licet alioqui naturaliter miſerator & miſericors, dñs & multũ miſericors) tũc diſsimulãter p̃teribit etiã occulta cordiũ, q ſcrutat̃ cor
Hieremiæ 17. da, & ꝓbat renes, & cuius iuſtitia & iudiciũ
Pſal. 88. p̃paratio ſedis eius, quiq; toties intonãdo cõ-
Pſal. 61. minatus eſt quod vnicuique tribueret ſecũdũ
Matth. 16. opera propria? A quo vtpote ſupremo iudi-
Rom. 2. ce tũc nulla poterit fieri appellatio, corã quo vt æquiſsimo, nec tunc vlla tergiuerſatrix valebit aduocatio, quique ceu ſapientiſsimus, nullam accipiet palliatam excuſationem, & quoniam æqui obſeruantiſsimus ac rigidiſſimus cenſor, nullam concedet dilationem, quia verò fideliſsimus eſt, nulla nec perſonæ nec muneris acceptio erit, Ideóque ante

iudi-

iudicium para iuſtitiam, inquit Eccleſiaſticus. Si ergo verba, etiam ocioſa, ſint æqua lance libranda, quid putas fiet de verbis nociuis, detractoriis, ſcandaloſis, iniurioſis, hæreticis, blaſphemis? Immo verò quàm ſupercilioſo examine penſabuntur furta, rapinæ, viduarum pupillorumque expillationes, peculatus, fornicationes, adultera, ſtupra, inceſtus, cedes, parricidia, tyrannides, & quæcunque alia id genus ſceleratiora? haud dubiè terribilis quædam expectatio iudicii & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt omnis iniuſtitiæ aduerſarios: ſiquidem tunc omnes operis, oris, cordis, conditiones vel quantumuis paruas aut occultas mortalib⁹, diuinũ iudiciũ ſcrutabit̃, librabit diſcutiet, & quod ſuũ erit, vnicuique reddet prout geſsit in corpore, ſiue bonum, ſiue malum. Cũcta enim quæ fiunt (vt ait Eccleſiaſtes) adducet Deus in iudicium, ſiue bonum, ſiue malum ſit. Ergo ſibi timeant oẽs qui peccatis peccata in dies accumulare nõ deſinunt qm̃ nemini erit vitiorum impunitas, ſed pares tandẽ pœnas dabũt cũcti, aut ad tẽpus in purgatorio, modo ſi priuſquã luce functi fuerĩt, dignè reſipuerĩt: aut in perpetuũ apud inferos cũ diabolo & angelis eius, ſi in grauioribus deceſſerint criminibus, ibũt etenim hi in ſuppliciũ æternum, ſicut & iuſti in vitam æternam. E ſcelerati quidem, eo acerbius plectẽtur, quo diutius hic vixerint, & exĩde peccatis onuſtiores abierĩt, qm̃ diuitias

Eccli 18. *Heb. 10.* *2. Corinth. 5.* *Eccleſiaſtes vlt.* *Matth. 25.* *Ibidem.*

bonitatis Dei ac patientiam contemnentes,
Ro. 2. atque longanimitate eius abuſi (quę ipſos per benignitatem ad pœnitentiam adducebat) ſecundum duritiam & impœnitens cor, theſau rizauerunt ſibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddit vnicuique ſecũdum opera eius. Quãto quoque maiores hic fuerint, tanto duriora perpetientur tormenta, vehemẽtioreſque ac plures cruciatus, quoniam iudicium duriſsimum (vt ait Sapiẽs) In
Sap. 6. his qui præſunt, fiet, exiguo enim concedetur miſericordia, potentes aut potenter tormenta patientur, nam & fortioribus fortior, inſtat cruciatio: vt quanto ſtatus altior fuerit, tantò grauior caſus & ruina habeatur, & cui plus
Luc. 12. commiſſum eſt, plus ab eo exigatur, & quantum
Apoc. 18. glorificauerit ſe quiſq;, & in deliciis fuerit, tantum detur ei tormentum, & luctus, ac
Deut. 25. pro mẽſura delicti ſit & plagarum modus. Ita vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit Si cuius opus manſerit: quod ſuperædificauit ſiue doctrina, ſit bona & ſana, ſiue opus ſanctum & pium, & horum vnumquodque perſeuerauerit integrum in igne, & in incendio perdurarit intactum, ac proinde diuini iudicij examẽ ſuſtinere potuerit, tanquã nihil habens quod ſit repræhenſibile, mercedem accipiet ſtatim euolans ad beatitudinem cœleſtem, ſiquidẽ cum in homine ceu in auro vndecũque bono nihil ſordis inuentum fuerit, vel prauæ aut curioſæ doctrinæ, vel factorũ

aliqua

aliqua ex parte malorum, quemadmodũ tres pueri in camino ignis ob innocẽtiã illæſi perſtiterunt, ita & ille vtpote totus purus & omnis vitij immunis euolabit intactus, & mercedem, vitam videlicet æternam cum gloria accipiet. Quia ſicut aurum, & argentum, & lapides precioſi, quos ignis non corrumpit, ita & bonus doctor, bonorúmque operum executor glorioſus euadet, & dignum præmium reportabit. Contra verò ſi cuius opus arſerit, nempe aut doctrina curioſa, & nihil habens vtilitatis, ſed magis à melioribꝰ impediẽs: aut factum aliquod de ſe quidem alias bonũ, ſed tamen aliquo modo defectuoſum, vel veniali macula deturpatum, & ideò dignum exuſtione inuentum fuerit, & repræhenſibile in diuini iudicij examine, ac proinde non repertum quod remunerari apud Deum mereatur ob non nihil malitiæ admixtum, detrimentum patietur tum opus illud quod reiicietur, ac comburetur ſeu purgatorio igne eluetur, & ibi interibit, cuncta enim mala peribũt, ſicut iter impiorum, quia ſubſtantię nõ ſunt: tum qui tale opus fecerit patietur detrimẽtum, ad tempus enim pœna damni punietur interim dum à clara Dei viſione & beatifica fruitione retardabitur: ac pœnam ſenſus experietur in igne purgatorio, donec quæ attulit ſecum vrenda, prorſus expurgata fuerint. Detrimentum autem eſt pœnas perpeti, quis eñ pœnæ, & tali pœnæ, cui nulla huius viæ cõ-

Dan.3.

Pſal.1.

parari iure poſsit,expoſitus iacturá non facit? Ipſe tamẽ ſaluus erit; ſic tamẽ quaſi per ignẽ, quia enim fundamentum non perdidit Chriſtum dominum,vtpote in quo permanſit per fidem,Spem & Charitatem,quamuis non omni culpa careat,vtpote peccata venialia ſecum deferens,aut in reatu exiſtens certarum pœnarum ex peccatis mortalibus, remiſsis tamẽ ſecundum culpam, ſaluabitur tandem, nam pertolerata in purgatorio pœna debita, admittetur in regnũ cœleſte. Cuius ergo opus arſerit;hoc eſt ardore & incendio dignum apparuerit, per dilationem gloriæ cœleſtis, & cruciatus quoſdam afflictiuos detrimento afficietur, Ipſe tamen aliquando eripietur,ſed ita vt pœnam aliquam ſuſtineat purgatoriá, quæquidem hic per ignem deſignatur, eò ꝙ grauis admodum futura ſit illa, vt inter omnia ignis potentiſsimè afficit. Ne putes igitur opus defectuoſum duntaxat pati detrimentum quod repellatur tanquá mercede indignum,ſed ipſum quoque talis operis authorem credas re vera ſenſurum pœnam reſpondentẽ:quia nõ ſolum opus examinabitur, ſed etiá ipſa perſona, & vtriq; ſua pœna addetur & ſic tanquam per ignem tranſibit ad ſalutẽ. Hic ſiquidẽ aliud ſignificat ignis, quàm pauloante.Prius enim rigoroſum diuini iudicii examen in altera vita futurum repræſentat, poſterius verò pœnam deſignat tali iudicio infligendam Sicut hoc nomen peccatum, nõ

ſolum notat culpam, ſed peccati quoque fomitem, immò & pœnam, vt in poſteriore epiſtola ad Corinthios, & in ſecundo Machabæorum libro, & hæc dictio manus, dextram ſiniſtram ve manum ſignificat, & literas manu conſcriptas. Ex hac ergo præcitati loci parte vltima, ſatis apertè habes colligere aliquam ſupereſſe in altera vita pœnam purgatoriam pro iis etiam qui poſteà in patriam cœleſtem introducentur, & ſic beatus Paulus ex hoc loco inſinuat nobis poſt mortem eſſe ignẽ purgatorium, quem qui patiuntur ſalui fient demum, inde erepti ac recepti in gloriam, expleta videlicet purgatione ſordium ex peccatis eorumque reatibus in anima poſt hanc vitam adhuc relictarum, quæ quidem ſordes per lignum, fœnum, ſtipulam deſignantur, quaſi eſca ſint & cibus ignis, breuior vel diuturnior, iuxta paruitatem aut magnitudinẽ delictorum: non ſecus ac lignum ignẽ diutius nutrit, fœnum tranſit citius, ſtipula autem citiſſimè abſumitur, leuiora enĩ peccata leui⁹ quoq; puniri æquũ eſt, vt grauiora acerbius. Nec poteſt ſanè locus hic b. Pauli intelligi de igne infernali, æterníue ſupplicij cruciatu, qui enĩ illi adiudicatus ſemel fuerit, nunquã inde, ne poſt ſexcenta quidem annorum milia, ſaluus euadet. Nec ſimiliter capi poteſt, vt ignem cõflagrationis dicat qui ante Chriſti iudicis faciem in fine huius ſæculi præibit, atteſtante ſic Pſalmographo: Ignis in conſpectu eius

2. Cor. 5.
2. Machab. 12
Pſal. 49.

Pſal. 96. exardeſcet,&: Ignis ante ipſum præcedet, ille enim toti mundo erit communis,cuius calo-
2 Pet. 3. re (vt ait Beatus Petrus) elementa ſoluentur, terra autem & omnia quæ in ipſa ſunt opera exurentur:nec ordinabitur ad operandum ſalutem in iis qui illum perpetientur, qualiter faciet hic ignis,cuius meminit in loco tractato B.Paulus.Itaque prædictum B. Pauli locũ rectè interpretati ſunt de purgatorio ſacri doctores diuinit⁹ illuminati Beatus Auguſtinus in Enchiridio ca.98.69. Et de octo Dulcitij quæſtionibus q.1.Et ſermone 4.In die commemorationis animarum fidelium B.Ambr. in priorem ad Corinthios. Et in pſal.118.ſermone viceſimo B.Hieronymus lib.2. contra Iouinianum B. Gregorius lib. 4. dialogorũ ca.29.necnon & alij.

Quintus Scripturæ locus probans purgatorium. Quintus locus ad ſuadendum eſſe poſt hãc viam purgatorium,habetur Apoc.5.vbi dicitur:Et omnem creaturam quæ eſt in cœlo, & quæ ſuper terram, & ſubtus terram & mare, & quæ in eo ſunt,omnes audiui dicentes ſedẽti in throno & agno:Benedictio, & honor, & gloria,& poteſtas,in ſecula ſeculorũ.Quãuis enim creaturam quæ in cœlo eſt, & ſuper terram,& infra terram,hic interpretari poſsimus angelos cœlorũ ciues, homines mundũ hunc inhabitantes,dæmonas rudentibus inferni(vt inquit b.Petrus) detractos in tartarũ
2. Petr. 3. quos eoſdem intelligimus per B. Paulum deſignatos, quando aſſerit donatum Chriſto

nomen

nomen quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cœleſtium, terreſtrium, & infernorum: congruentius tamen videtur, vt hic omnem creaturam interpretemur omne humanum genus, ſiue totius orbis homines, ſiquidem & beatus Marcus in perſona Chriſti domini loquens, creaturam ita capit, cum ait: Prædicate euangelium omni creaturæ, nec abs re quidem, cum omnia quæ vniuerſis competunt creaturis, inueniantur in homine, nempe eſſe, viuere, moueri, ſentire, intelligere: habet enim homo cõmune eſſe cum elementis & aliis inſenſibilibus, viuere cum arboribus, greſſu moueri & ſentire cum animalibus brutis, intelligere cum angelis. Vel omnem creaturam quæ in cœlo eſt, intellige ſpiritus cœleſtes: & quæ ſuper terram, homines in hac adhuc terra degẽtes: & quæ ſubtus terram, animas corporibus exutas in purgatorio detentas. Quemadmodum cum Beatus Ioannes in eodem capite Apocalypſæos, paulo ante præmittit: Nemo poterat, neque in cœlo, neque in terra, neque ſubtus terra, aperire librum, aptiſſimæ intelligimus, quod neque angelus, neque in terris viuens homo, neque mortuus potuerit librum aperire: quo quidem libro quid aliud quam ſacra ſcriptura deſignatur? Quam ſolus redemptor verus dei agnus qui tollit peccata mundi, nobis aperuit, vtpote qui homo ex beatiſſima virgine Maria factus, in terris conuerſando,

Philip. 2. *Marc. vlt.* *Apoc 5.* *Ioan. 1.*

ſando,moriendo,reſurgendo ,aſcendendo,& ſic hominē, vitulum, leonem, aquilam,iuxta
Ezech.1. viſionem Ezechielis repreſentando, cuncta, quæ in ſcripturis diuinis prius erāt clauſa,myſteria eccleſię ſuę patefecit.Et nullus in cœlo, quia neque angelus:nullus in terra, quia neq; homo viuens in corpore: nullus ſubtus terrā dignus inuentus eſt,qui librum aperiret,quia neq; animæ materialibus membris expoliate, ingentia ſacrorum eloquiorum ſecreta explicare potuerunt:quamuis dum hic in corporibus agerent, multa didiciſſent ſacras euoluēdo,replicando,tractando literas,& plura multo intellexiſſent,poſtquàm abſolute ſunt hoc corpore quod corrumpitur,& proinde agra-
Sapien.9. uat animā, vt & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantē.Ex quo enim homo circa inferiora corpori neceſſaria hic occupatur, & propter inhabitationem terreſtrem habet cogitare de neceſſariis pluribus ex parte corporis, quomodo non aggrauaretur ſecū-
Sapien.9. dum animam?quæ quidē apud hūc Sapientis locū,mihi affectū ſignificare videtur, quēadmodum & ſenſus ibidem denotat intellectū. Quorū vtrunq; deprimi & diſtrahi per multa,multis etiam ac multiplicibus modis neceſſum eſt. Intellectus enim tūc vere deprimitur cum non pauca terrena cogitat, cū non colli-
Luc.10. git ſeſe potius ad vnum illud neceſſarium:nec ad illam ſingularem præclarámq; meditationem attollitur, quæ cōcipitur de ciuitate illa

&

& ſuperna Hieruſalē, cuius participatio eius in idipſum. Quis autē non videt affectum noſtrum, velimus nolumus, multis paſsionibus rapi? quæ mitigari non poſſunt, ne dicam ſanari, donec volūtas vnum quærat & tēdat ad vnum quod porro eſt neceſſarium. Intellectus ergo noſter, perinde ac Martha illa, ſollicitus eſt, & turbatur hic erga plurima, immo & ſæpenumero cæcatur, dum fere approbat falſa pro veris, mala pro bonis, pernicioſa pro vtilibus, niſi per Chriſtum illuminetur. Affectus autem inquinatur ſæpius, & multum inquinatur, niſi per ſpiritum ſanctū purgetur. Quod maximè erit, ac futurum melius ſperatur in altera vita, vbi videlicet his artibus luteis, quibus nunc quaſi ergaſtulo compeditur, plene abſoluta fuerit anima, & mens noſtra: quod profecto non erit, niſi poſteaquam corruptibile hoc incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. Liberatæ igitur animæ hoc corporeo carcere, nō dubium eſt, quin longe lympidius perfectiúſque plurima capiant, eę potiſsimum quæ in charitate & gratia dei ab humanis excedunt, quáuis in purgatorum tendant, & ibidem remaneāt, donec pro commiſsis plene ſatisfecerint. Et tamen quantúlibet illuminatæ ac maiori donatæ intelligentia ſupra omnes mortales, nō poſſunt adhuc aperire librum, & ſoluere ſeptem ſignacula eius, dicunt tamen omnes quamuis adhuc in pœnis conſtitutæ, ſedenti in throno

Pſal. 121. *Luc. 10.* *1. Cor. 15.*

&

& agno: Benedictio, & honor, & gloria, & po-
Apoc.5. teſtas in ſecula ſeculorum. Nec enim putandū
eſt id non poſſe ipſas ob vim pœnarum quā-
libet magnarum, aut propter ignis purgatorij
vehementiam obtundi earum bonam mentē,
vel intelligentiam, & quaſi in cruciatibus illis
abſorberi, quandoquidem & Epulo ille, licet
Luc.16. ſepultus in inferno, in gehenna exiſtēs, & cru-
ciatus in flamma, ſana tamen mente, ac bono
intellectu, & loquebatur, & reſpōdebat Abra
hæ: quanto magis, plenum quoque intellectū
retinent in purgatorio animæ? & eo plus, quo
minores ſunt pœnæ purgatorij ſuppliciis in-
fernalibus, gratia enim dei, in qua perſeuerant
animæ illæ ſanctę, ac indubitata ſpes futuræ
beatudinis, quantum putas minuat grauiſsi-
mas quaſque etiam purgatorij pœnas, præ iis
quæ in gehenna infernali tolerantur ab ipſis,
qui in continuo dei odio ſunt, & nunquā nō
deſperant? Merito igitur, & in purgatorio re-
ſeruatę animæ ſedenti in throno, deo videli-
cet vni & trino, & agno id eſt, Chriſto ſecun-
dum humanitatem adhuc benedicunt, bene-
dictione quidem laudis, & gratiarū actione:
eum quidem laudando ſuper infinita bonita-
te, iuſtitia, miſericordia, poteſtate, ſapientia,
immenſitate, prouidētia, ſanctitate, gloria, di-
uinitate: ei autem gratias agēdo de innumeris
in ſe beneficiis, creatione, adoptione, redem-
ptione, electione ad fœlicitatem æternam, de
qua certiores ſunt factæ, quotquot ſunt ani-
mæ

næ in purgatorio detentę. Benedicunt ergo illæ quamuis in pœnis conſtitutę, vt oſtendāt non ſolum in proſperis, ſed in aduerſis quoq; laudandum deum, & ei pro omnibus gratias eſſe agendas. Benedicunt inquam, ſedenti ſuper thronum, id eſt, ſuperſanctę Trinitati, vt omnifaria benedictione diuinitatē ipſam incomparabiliter digniſsimam teſtentur: Benedicunt etiam agno, hoc eſt, ſacratiſsimæ Chriſti humanitati ſeu Chriſto ipſi ſecundum humanitatem, vt cognoſcant omnes, & credant illū ipſum eſſe de quo prophetauit pſaltes regius: Quoniam dabis eum in benedictionē in ſęculum ſęculi, vtq́ue agnoſcatur illud eſſe verum ſemen de quo lōge ante locutus eſt deus ad Abraham, & Iſaac, & Iacob: Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ. Et de quo poſtea iterum ait Dauid: Sit nomen eius benedictum in ſæcula, ante ſolē permanet nomē eius. Et benedicētur in ipſo omnes tribus terræ. Et rurſus: Specioſus forma præ filiis hominū, diffuſa eſt gratia in labiis tuis, propterea benedixit te deus in æternum. Quæ & clarius patent ex apoſtolo, nā ad Galatas inquit: Abrahę dictę ſunt ꝓmiſsiones, & ſemini eius, non dixit & ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in vno, & ſemini tuo, qui eſt Chriſtꝰ, de cuius benedictione in omnes affatim redundante, habet ad Epheſios: Benedictus deus, & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus,

Pſal. 20. *Gene. 22. 26. & 28.* *Pſalm. 71.* *Pſalm. 44.* *Galat. 3.* *Ephe. 1.*

leſtibus,in Chriſto, de cuius plenitudine nos
Ioan.1. omnes accepimus,vt ait beatus Ioannes & gra
tiam pro gratia. Digniſsimus itaque agnus il-
Apoc.13. le,qui occiſus ab origine mundi,& qui tollit
Ioan.1. *Coloſ.1.* peccata mundi, quique pacificauit per ſan-
guinem crucis ſuæ, ſiue quæ in terris, ſiue
quæ in cœlis ſunt (per eum enim placuit re-
conciliari omnia)digniſsimus, inquam, eſt a-
gnus ille dei, quem benedicant omnes ſancti
eius,non ſibi, ſed ipſi tribuẽdo id quod ſunt,
gratias agentes deo patri per ipſum. Honor
quoque additur ſedenti ſuper thronum, id
eſt deo optimo maximo, ſeu ipſi diuinitati,
vt intelligamus non ſolum laudandum eſſe
deum, ſed etiam honorandum, nec vulga-
ri quidem honore, ſed ſingulari ac ſpeciali,
eique ſoli debito, quo videlicet plane prote-
ſtemur eum eſſe vnicum creatorem, omni-
um, fontémque ac principium cuiuſcunque
boni, a quo omne datum optimum & omne
datum perfectum de ſurſum deſcẽdit ex bea-
Iacob.1. to Iacobo. Si enim præcipimur honorare pa-
Exod.20. rentes, honore quidem creaturis communi-
cato, quia ab ipſis poſt deum habemus eſſe,
nutriri, & erudiri, & ſic honorare vt non ſo-
lum laudemus, prædicemus,audiamus: ſed e-
tiam vt ipſos in magna præ aliis mortalibus
reuerentia habeamus quoad viuimus, vt te-
ſtemur nos gratos erga ipſos præcipuorúm-
que beneficiorum ab eis acceptorum memo-
res habeamur, quem obſecro qualem væ ho-

norem

norem aut quantum debemus deo ipſi? à quo ſortiti ſumus quidquid boni hominibus ineſſe poteſt, in quo viuimus, & moriemur, & ſumus. Qui ex nihilo nos creauit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, qui per primorum parentum peccata lapſos erexit, natura filios iræ, per baptiſmum melius regenerauit: per fidem ſpem, & charitatem, filios adoptionis fecit: quotquot enim receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius, ea videlicet fide, quæ (vt ait Apoſtolus) per charitatem operatur, & per quam accepimus ſpiritum adoptionis filiorum dei, in quo clamamus Abba pater: Si autem filij & hæredes: hæredes quidem dei, cohæredes autem Chriſti. Iam enim non ſumus hoſpites & aduenæ, ſed ſumus ciues ſanctorum, & domeſtici dei, cohæredes & concorporales, & comparticipes promiſſionis in Chriſto Ieſu. Qui de tenebris nos vocauit in admirabile lumen ſuum, & tanquam deus omnis gratia, vocauit nos in æternam ſuam gloriam, & in ſuum regnum. Quos & prædeſtinauit conformes fieri imaginis Chriſti, & vocauit, & iuſtificauit, & magnificauit: quod enim oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcēdit, præparauit deus iis qui diligūt ipſum. Propter iſ dicta erga ingentia in nos dei beneficia, & alia multo plura: immo tot, quot nulla vox aut lingua

Act.17. Gene.1.& 3. Epheſi.2. Ioan.1. Galat.5. Rom.8. Ephe.2. Ephe.3. 1.Petr.2. 1.Petr.5. 1.Theſſ.2. Rom.8. Eſa.64.& 1.Cor.2.

lingua effari, nulla mẽs excogitare poſſet, deú ipſum animæ, quamuis in pœna purgatoria adhuc afflictę, quàm maximo poſſunt honore afficiendum meritò prædicant, & eò magis tali honore magis cumulant, quo in terris nihil maius honore putant plurimi, vnde & Philoſophus honorem, bonorum maximum, ſed externorũ aſſerit: honor enim maximis quibuſque, & in teſtimonium alicuius excellentiæ exhibetur, & tam verbis quàm factis impenditur. Sed de eo honore agi puto in citata Apocalypſeos authoritate, quẽ nulli, præter quàm deo communicare licet, quo & proteſtamur deum, bonorum omnium largitorem & cõditorem vniuerſorum, quem in modum accipere videtur Apoſtolus, cum ait in priore ad Timothæum, ſoli deo honor & gloria. Et Malachias in perſona dei loquens: Si ergo pater ego ſum, vbi eſt honor meus? & Mardochæus inquiens: Sed timui ne honorem dei mei transferrem ad hominem, qualiter & B. Lucas ſumpſiſſe videtur, dum refert Herodẽ ab angelo dei percuſſum, eo quod non dediſſet honorem deo, & Chriſtus ipſe dominus ſibi à patre datum omne iudicium enuncians vt omnes honorificent filium, ſicut honorificant patrem, nempe ſupremo omnium honore ac plane diuino. Tribuunt & agno, id eſt, Chriſto homini honorem animę illæ ſanctæ, declarantes enim ipſum eſſe, de quo pſalmographus: Ex quibus (inquit) delectauerũt te

Ethic. 4. de magnanimitate.

1. Timot. 1.

Malach. 1.

Heſter. 13.

Act. 12.

Ioan. 5.

te filiæ regum in honore tuo. & rurſus: Honor regis iudicium diligit: qui & præfiguratus eſt per Mardocheū illum, de quo magnus rex Aſſuerus interrogabat ſuperbiſsimum Aman: Quid debet fieri viro quem rex deſiderat honorare? Cogitans autem in corde ſuo Aman, & reputans quod nullum alium rex, niſi ſe vellet honorare reſpondit: homo quem rex honorare cupit debet indui veſtibus regiis, & imponi ſuper equum qui de ſella regis eſt, & accipere regium diadema ſuper caput ſuum, & primus de regiis principibus ac tyrannis teneat equum eius, & per plateam ciuitatis incedēs clamet, & dicat: Sic honorabitur quemcunq; voluerit rex honorare. Quæ omnia multò etiam honorificentius in Chriſti humanitate completa ſunt, maximè cum Deus pater introducens primogenitum in orbem terræ dixerit per Prophetam: Et adorent eum omnes angeli eius, quanto enim magis ipſum debent honorare homines? & eò amplius, quo hi plus ipſo indigebāt. Cū enim ob peccatum primorum parentum immortalitatem amiſiſſent, & venūdati ſub peccato veniſſent in poteſtatem magni tyranni dyaboli, à quo ne ſanctiſsimus quidem aut fortiſsimus hominum poſſet vnquam eripi, venit ille agnus Dei qui abſtulit peccata mūdi, & forti armato atrium ſuum cuſtodiēte, ac in pace omnia poſsidēte, ſuperueniens fortior vicit aduerſarium noſtrum, vniuerſa eius ar-

Pſalm. 44. & 98.
Heſter. 6.
Hebr. 1.
Pſalm. 96.
Gene 3.
Ioan 1.
Luca 11.

ma abſtulit,& ſpolia eius diſtribuit, & donãs
Coloſſ.2. nobis omnia delicta deleuit quod aduerſus
nos erat chyrographũ decreti,affligẽſq; illud
cruci,expoliauit principatus & poteſtates,tra
duxit cõfidenter,palã triumphauit illos in ſe
Apo.5. ſemetipſo.Sic vicit nobis leo ille de tribu Iu-
da,radix Dauid, aduerſariũ noſtrũ diabolũ,
1.Petr.5. tanquã leonẽ rugientẽ,circumeuntẽ quæren-
do quẽ deuoret:& ita vicit, vt iuxta Pſalmi-
Pſal.102. ſtam,ſanaret omnes infirmitates noſtras,redi-
meret de interitu vitã noſtrã, & coronaret in
miſericordia & miſerationib⁹,ſicq́;(vt ait Sa-
Sapient.1. piẽs)ſanabiles fecit nationes orbis terrarũ, vn
Ecclici 38. de meritò dictũ eſt vnicuiq; noſtrũ: Honora
medicũ propter neceſsitatẽ.Medicũ inquã il-
lum,qui (vt inquit B. Auguſtinus) magn⁹ de
cœlo deſcendit,quia magnus in lecto iacebat
ægrotus,& quidẽ ita ęgrotus,vt ab Hieruſalẽ
Luca 10. deſcendens in Hierico,incidenſq́; in latrones,
ſpoliatus ſit,& plagis impoſitis ſemiuiuus reli
ctus:cui nec ſacerdos,nec leuita opẽ tulit,ſed
ſolus Samaritanus noſter,videns eũ & miſeri-
cordia motus ſanandum curauit. Verè eñ ex
Eſaia languores noſtros ipſe tulit, & dolores
Eſaie 53. noſtros ipſe portauit qđ vt manifeſtaret ipſe
dñs ſępenumero,dũ adhuc in terris videretur,
Baruch.3. & cũ hominib⁹ cõuerſaretur (vt ait Baruch)
Matthei.4. prædicãs euangeliũ regni ſanabat omnẽ lãgo-
rem,& omnẽ infirmitatẽ in populo, & omnes
malè habẽtes, variiſq́; lãguoribus & tormẽtis
cõprehẽſos,& qui demonia habebãt, & luna-
ticos

ticos,& paralyticos curabat. Ad hæc cæcos il luminabat,claudos erigebat, ſurdis reddebat auditũ,loquelã mutis,leproſos mũdabat,reſu ſcitabat mortuos. miſit em̃ Pater verbũ ſuum (vt ait Pſaltes)Et ſanauit eos,& eripuit eos de interitionibus eorũ, vt & apud B.Lucã: Ipſe Dñs ex prophetia Eſaiæ:Spiritus dñi(inquit) ſuper me,ꝓpter quod vnxit me, euangelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde, p̃dicare captiuis remiſsionẽ,& cęcis viſum,di mittere cõfractos in remiſsionẽ, prædicare an nũ dñi acceptũ,& diẽ retributionis, cui B.Petrus apud Corneliũ teſtimoniũ reddit,dicens quod ipſe pertrãſiit benefaciẽdo,& ſanãdo omnes oppreſſos à diabolo. Tot igit̃ & tãtis beneficiis acceptis,& bene cognitis, quid aliud facerẽt ſanctę illę animę in purgatorio, ꝗ qđ etiã agno illi honorẽ darẽt? Qui em̃ nõ honorificat Filiũ. non honorificat Patrẽ qui miſit illum,teſte ipſometDomino,apud B. Ioannẽ. *Matt.11.* *Pſalm.106.* *Luce 4.* *Eſaie 61.* *Act.10.* *Ioan.5.*

Tertiò datur gloria ſedenti in throno,toti videlicet Trinitati, iuxta quod & Pſalmographus lõge ante præmonuerat: Afferte domino(inquit)gloriam & honorẽ, afferte gloriã nomini eius.Et:Sit gloria Domini in ſeculũ, quoniam ſicut excelſus eſt ſuper omnes gentes Domin⁹,ita ſuper cœlos gloria eius.Ideóque inuitans etiam reges ad glorificãdũ Deũ: Et cãtent(inquit)in viis Domini, qm̃ magna eſt gloria Domini,quod & futurum per omnes generationes vaticinatus eſt, dum dicit: *Pſal.28.* *103.* *112.* *Pſalm.137.*

*Pſal.*144. Magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuę loquētur,& gloriam regni tui dicēt: cui ſubſcribit Manaſſes rex Iuda,in ſua oratione,poſt reſipiſcentiam atque liberationem à carcere Babylonico.

In oratione Manaſſe. Te laudat(inquiens)omnis virtus cœlorum, & tibi eſt gloria in ſæcula ſæculorū. Atteſtatur & cum angelo multitudo militiæ cœleſtis,laudantium & dicentium inChriſti

Luca 2. domini natiuitate: Gloria in altiſsimis Deo, & meritò quidē,quoniā prę cæteris gloriā ſibi de⁹ optimus maximus reſeruauit,vt loqui

Eſaia 42. tur apud Eſaiā: Ego Dn̄s,hoc eſt nomē meū, gloriā meam alteri non dabo.Ob id & Eccle-

Eccleſiaſtici 35.& 43. ſiaſticus hortatur,bono animo gloriam reddere Deo,& iterum: Terribilis Dominus, & magnus vehementer, & mirabilis potentia ipſius, glorificantes Dominū quantumcunq; potueritis, ſuperualebit adhuc,& admirabilis magnificētia eius. Quoniam ergo(vt ait Apoſtolus)ex ipſo,& per ipſum, & in ipſo ſunt o-

Rom 11. mnia,ipſi honor & gloria in ſæcula ſęculorū,

1.*Cor*.10. amen.Hinc alibi ſuadet, vt omnia in gloriam Dei faciamus,ſiue mādūcemus,ſiue bibamus,

Matthæi 5. vel aliud quid faciamus.Ipſe quoq; Chriſtus dominus noſter vult lucem noſtrā corā hominibus lucere, vt ipſi videant opera noſtra bona, & glorificent patrem noſtrū qui in cœlis eſt.Quibuſquidē omnibus vt ſeſe conformaret ſancta mater Eccleſia, ſexcenties in die replicat illud:Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.Sicut erat in principio & nūc & ſemp,

&

& in ſęcula ſęculorũ, Amen: vt pro modulo ſuo, quamuis adhuc in terris militando, imitetur illã triũphantẽ & ſupernã ciuitatẽ, quæ ſurſum eſt hieruſalẽ mater noſtra. *Galat.4.* In qua quidem iuxta illa quatuor animalia, quæ requiẽ nõ habebãt die ac nocte dicentia: Sanctus, ſanctus, ſanctus dñs deus omnipotens, qui eſt, & qui erat, & qui vẽturus eſt, *Apo.4.* ſancti angeli atque archãgeli, Cherubin quoq; & Seraphin, vt in præfationib' ſacroſanctæ Miſſæ habetur, cũ omni militia cœleſti nõ ceſſant clamare quotidie, ſed ſine fine hymnũ eundẽ, quẽ Damaſcenus Triſagium vocat, diuinæ glorię cõcinunt. *Lib.3. de orthod. fide c.10* Agno etiam filio hoĩs gloria decãtatur à ſpiritibus quoq; in purgatorio detentis, vt is ipſe credatur ab oĩbus, de quo regius Propheta loquitur ad patrem: Gloria & honore coronaſti eum. *Pſal.8. & 20.* Et rurſus: Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo, gloriam & magnũ decorẽ impones ſuper eum. Digniſsimus enim eſt vt ab vniuerſis magnificè loquendo & benedicendo glorificetur, quem & bene & piè viuẽdo, honorat pii atque boni. Quem & prædicare decet ſanctum ſanctorum cum Daniele, *Dan.9.* meliorem angelis & excelſiorem cœlis factũ, *Hebr.1. & 7.* ſedentémque ad dexteram maieſtatis in excelſis cum Apoſtolo, atque ita vt omnis lingua (ſicut idem Apoſtolus ait) confiteatur quòd dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris. *Philippen.2.* Cuius quidem gloria pręfigurata eſt in illo Ioſeph, quẽ poſt interpretationem ſom-

niorum ſeptem boum & ſeptem ſpicarũ, tan-
Gene 41. tũ magnificauit Pharao rex Aegypti, vt vno
tantum regni ſolio ipſum præcedere conten-
tus foret, vnde & ei ſuperaddit: Ecce cõſtitui
te ſuper vniuerſam terram Aegypti, tulítque
annulum de manu ſua, & dedit eum in manu
eius, veſtiuítque eum ſtola byſſina, & collo
torquem auream circundedit, fecítque eum
aſcendere ſuper currum ſuum ſecundum, cla
mante pręcone, vt omnes coram eo genu fle-
cterent, & præpoſitum eſſe ſcirent vniuerſæ
terrę Aegypti. Atque vt Ioſeph ille Chriſtũ
dominum propius referret, Pharao vertit no-
men eius, & vocauit eum lingua Aegyptiaca:
Saluatorem mundi. Vnde & ipſemet Ioſeph
poſt mutuam agnitionem ſuam & fratrũ, re-
Gen.45. mittens hos in terram Chanaã: Nunciate (in-
quit) patri meo vniuerſam gloriam meã, quæ
quidẽ verba quid aliud prætendebant quàm
quod Apoſtoli eſſent incomparabilem Chri
ſti domini gloriam per totum terrarum orbẽ
prædicaturi? Chriſti autem hominis gloria tũ
maximè emicuit, & oſtenſa eſt in reſurrectio-
ne à mortuis, dum immortalitate corporis
dotatus eſt, qui & primogenitus mortuorũ
Apoc.1. ob id dictus eſt, quòd primus de morte in per
Rom.6. petuum triumpharit: ſiquidem Chriſtus re-
ſurgens ex mortuis iam non moritur, mors
illi vltra non dominabitur, & tunc impletum
Pſal.92. eſt illud Dauidicum: Dominus regnauit de-
corẽ indutus eſt, ex eo ſiquidẽ tẽpore redditũ
eſt

eſt corpus eius immortale,incorruptibile, im paſsibile, cũ oĩbus corporis glorioſi dotibus ac perfectionibus.Sed nec min'apparuit Chriſtus homo glorioſus in ſua ipſius admirabili in cœlum aſcenſione, & quinquageſimo poſt die ſeu in Pẽtecoſte,in largiſsima Spirituſſancti in ſuos effuſione,quando Apoſtolos alioq ignariſsimos,timidiſsimóſq; ſubito reddidit ſapiẽtiſsimos atq; fortiſsimos,vt iá meritò mirarẽt prĩcipes ſacerdotũ,ſeniores & ſcribæ Hieruſalẽ B.Petri ac Iohãnis cõſtãtiã, cognito quod anteà hoĩes eſsẽt ſine literis & idiotę. *Act.4.*

Quartò ab omnibus tribuitur poteſtas ſedenti in throno,quia Pater & Filius & Spirituſſanctus vnus eſt Deus omnipotens,ſicut & quatuor illa aĩalia in Apocalypſi vt iá pręmiſſum eſt, apertè enunciant, iuxta quod & ipſe Deus ait Abrahæ:Ego Dñs omnipotẽs,& Iacob remittens filios ſuos cũ Beniamin in Aegyptũ ad Ioſeph, quem ibidẽ regnare neſciebat:bene ipſis precãdo:Deus(inquit)me' omnipotẽs, faciat vobis eũ placabilẽ, & remittat vobiſcũ fratrem veſtrum quẽ tenet in vinculis,& hũc Bẽiamĩ.Et in Cãt.Moyſi poſt ſubmerſionẽ Aegyptiorum in mari rubro: Dñs quaſi vir pugnator, omnipotens nomen eius, currus Pharaonis & exercitũ eius proiecit in mare. Hinc Thobias inuitans filios Iſrael ad confitendum Domino, dicit ipſos inter gentes eſſe diſperſos, vt ſignificẽt eis quod nõ eſt alius Deus omnipoten s præter eũ. Et Iudith *Apoc.4.* *Gen.17.* *43.* *Exod.15.* *Thob.13.*

Iudit.16. teſtatur in ſuo Cantico, quod Dominus omnipotens tradidit Olophernem in manus fœminæ,& confudit eum. Teſte itẽ Eccleſiaſti-
Eccli 43. co:Ipſe omnipotens ſuper omnia opera ſua.
2.Machab.1. Ipſe quoque rex ſolus & præſtás, iuſtus & omnipotẽs,& æternus, vt confitẽtur filij Iſrael ſcribentes Iudæis,qui in Aegypto erant, ſuper cede Antiochi in templo Naneę.Ob id & bonus ille ſenex Eleazarus,cui volebant ſerui Antiochi perſuadere vt ſaltem fingeret ſe veſci carnibus porcinis ad ampliorẽ vitæ pro-
2.Machab.6. ductionem, iure dicebat: Et ſi in præſenti tẽpore ſuppliciis hominum eripiar, ſed manum omnipotẽtis nec viuus nec defunctus effugiã. Quod & ille minimus ſeptem fratrũ Macha-
2.Machab.7. bæorũ inſinuabat,ita loquens Antiocho:Tu ô ſceleſte,& omnium hominum flagitioſiſſimè,noli fruſtra extolli bonis ſpebus in ſeruos Dei inflammatus,nondũ enim omnipotentis Dei,& omnia inſpicientis,iudicium effugiſti. Nam fratres mei modico nũc dolore ſuſtentato,ſub teſtamento æternæ vitæ effecti ſunt, tu vero iudicio dei iuſtas ſuperbię tuę pœnas exolues:quod & ipſe rerũ euentus probauit, quandoquidem de impij corpore paulo poſt
2.Mach.9. vermes ſcaturierunt,ac viuentes in doloribus carnes eius effluxerunt,vſque adeò vt odore illius & fœtore grauaretur exercitus. Nã qui paulò ante ſydera cœli contingere ſe arbitrabatur,cũ nemo poterat propter intolerantiã fœtoris portare, hinc incipiẽs ex graui ſuperbia

bia deductus ad agnitionem ſui venire, diuina admonitus plaga, per momenta ſingula doloribus ſuis augmenta capientibus, & cum nec ipſe iam fœtorem ſuum ferre poſſet, ita ait: Iuſtum eſt ſubdictum eſſe deo, & mortalem nõ paria deo ſentire. Sic per omnipotentiam ſuã deus impios ſuperexaltatos & eleuatos ſicut cedros libani (vt vidit propheta) repente deturbat, nec inuenitur poſtea locus eorũ: quomodo rurſus abiectos & humiles exaltat, quando beneplacitum eſt ei, quoniam omnia (vt idem propheta teſtatur) quæcunque vult dominus, facit in cœlo & in terra, in mari & in omnib⁹ abyſsis. quod & Mardochæus deprecãs deum, declarat dicens: Domine, domine, rex omnipotens, in ditione enim tua cuncta ſunt poſita, & non eſt qui poſsit tuæ reſiſtere voluntati: quis enim reſiſteret ei qui reſpicit terram, & facit eã tremere: qui tangit montes, & fumigant? Immo (vt inquit Iob) columnæ cœli contremiſcunt, & pauent ad nutum eius. Et cum vix paruam ſtillam ſermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri? vnde legimus reſpiciente domino ſuper caſtra Aegyptiorũ interfectũ eſſe exercitũ eorum, & ſubuerſas curruũ rotas, & proiectos Aegyptios oẽs in profundũ. Deſcendente quoque domino ſuper mõtem Sinai, mugiẽtibus tonitruis, micantibúſq; fulguribus ac clangore buccine vehemẽtius perſtrepente, totum populũ Iſrael attonitũ pertimuiſſe:

Ibid.
Pſalm.34.
Pſalm.134.
Heſter.13.
Pſal.104.
Iob.26.
Exod.14.
19.

Dan.4. timuiſſe: ſuperbiſsimum inſuper Nabuchodonoſor ad vocem domini de cœlo ruentis, ex hominibus ſubito eiectum eſſe, fœnúmq; more bonis comediſſe, cũ beſtiis ac feris habitando ſepté tẽpora mutaſſe, & rore cœli corp⁹ eius infectum eſſe, donec capilli eius in ſimilitudinẽ aquilarũ creſcerẽt, & vngues ei⁹ quaſi

Daniel.5. vngues auiũ. Sed & ipſe Balthaſar rex in grãdi cõuiuio cum optimatibus ſuis millæ, & vxoribus ac concubinis (dum in vaſis aureis quæ allata erant ex templo Hieroſolymitano vinũ bibens, laudaret deos ſuos aureos, argenteos, æreos, ferreos, ligneoſque & lapideos) totus manſit attonitus vbi primum apparuerũt digiti quaſi manus hominis ſcribentis cõtra cãdelabrum in ſuperficie parietis aule regie: tũc enim facies regis commutata eſt, & cogitationes eius conturbauerunt eum, & cõpages renum eius ſolute ſunt, & genua eius ad ſe inuicem colliſa, ac fortiter exclamauit. Quia ergo

Pſal.61. poteſtas dei eſt, merito ei poteſtatem tribuũt

Sap.12. omnia, ſubeſt enim ei cũ voluerit poſſe vt ait

Iob.42. Sapiens, & Iob ipſum cõpellans: ſcio (inquit) quia omnia potes. Et ita quidem potens eſt deus, vt non ſolum in hac vita, ſed & in altera poſsit quicquid ei placuerit. Siquidem cũ potentiſsimi quique reges vel tyranni corpus occiderint, non habent amplius quid faciant: deus autem poſtquã occiderit, adhuc habet poteſtatem mittendi in gehennam & cor

Luc.12. pus & animam. Ideóque eum præ cæteris timendum

mendũ proponit nobis Chriſtus. Quod per- *Matth.12.*
pendens propheta ad deum conuerſus excla-
mat: Quis nouit poteſtatem iræ tuæ, & præ *Pſalm.89.*
timore tuo iram tuam dinumerare? Omne e-
nim (vt ait Eccleſiaſtes) quod voluerit faciet, *Eccle.8.*
& ſermo eius poteſtate plenus eſt, nec dicere
ei quiſquam poteſt: quare ita facis? cuius vel-
le iuſticia eſt, & dicere eſt facere, iuxta pſal-
tem aſſerentem: Quoniam ipſe dixit, & facta *Pſa.32.et 148*
ſunt: Ipſe mandauit, & creata ſunt, nec erit im
poſsibile apud deum omne verbũ, dominus *Luc.1.*
namque eſt qui vitæ & mortis habet poteſta-
tem, & ducit vſque ad portas mortis, & redu- *Sap.16.* *1.Reg.2.*
cit. Quod digne agnouit poſt reſipiſcentiam
Nabuchodonoſor ille, ad cœlum enim tandẽ
leuans oculos, viuentem in ſempiternum lau-
dandó & glorificando proteſtatur, quòd po- *Daniel.4.*
teſtas eius poteſtas ſempiterna, & regnũ eius
in generatione & generationem, & omnes ha-
bitatores terrę apud eum in nihilum reputati
ſunt, iuxta voluntatem enim ſuam facit tam
in virtutibus cœli, quàm in habitatoribus ter
ræ, & non eſt qui reſiſtat manui eius, & dicat,
quare feciſti, quia omnia opera eius vera, & o-
mnes viæ eius iudicia, & gradientes in ſuper-
bia poteſt humiliare. Quis igitur (vt canit
pſaltes regi⁹) loquetur potẽtias domini: quo- *Pſal.105.*
niam magna potentia dei ſolius ex Eccleſia- *Eccle.3.et 43.*
ſtico. & rurſus terribilis dominus & magnus
vehementer, & mirabilis potentia ipſius.
Sed & agno poteſtatẽ ineſſe cõfitẽtur in ſęcu-

la

la ſæculorum omnes creaturæ, quæ in cœlo ſunt,& quæ ſuper terram, & ſubtus terra, & quæ ſunt in mari: quod & ipſe dominus Ieſus affirmat poſt reſurrectionem,ita alloquẽs

Matth. vlt. diſcipulos ſuos: Data eſt mihi ait omnis poteſtas in cœlo & in terra, Quod & longe ante

Daniel.7. vaticinatus eſt Daniel aſpiciẽs quaſi filiũ hoĩs vſq; ad antiquũ dierũ perueniſſe, datámq; ei poteſtatem,& honorem,& regnum, vt omnes populi,tribus, & linguæ ipſi ſeruirent, cuius poteſtas, poteſtas æterna quæ non auferetur, & regnum eius quod nõ corrumpetur, quod & expreſsit angelus Gabriel ſacratiſsimæ vir

Luc.1. ginis aſſeuerans,quod regni Meſsiæ non eſſet futurus finis,deus enim pater conſtituit eũ ad

Ephe.1. dexteram ſuam in cœleſtibus, ſupra omnem principatum,& poteſtatem, & virtutẽ,& dominationem,& omne nomen quod nominatur non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro, & omnia ſubiecit ſub pedibus eius, de

Pſal.8. quo Pſalmiſta ad patrem: Minuiſti eum paulominus ab angelis,gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarũ. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, oues & boues vniuerſas, in ſuper & pecora cãpi. Volucres cœli, & piſces maris, qui

Coloſ.1. perambulant ſemitas maris. Sic caput omnis

Apo.1. principatus,& poteſtatis. vt eſt ad Coloſſenſes,& in Apocalypſi princeps regũ terræ præ-

19. dicatur, & habet in veſtimento & in fœmore ſuo ſcriptum:Rex regum,& dominus dominantium.

nantium. Cuius quidem poteſtas. In hoc emi
nentiſsimè apparuit, quod in fragili natura &
carne humana, etiam moriẽdo mortem alio-
qui inſuperatam deſtruxit, ſicut apud Oſeã *Oſe. 13.*
ipſe prælocutus eſt: Ero mors tua, ô mors. Ip-
ſe nanque deglutiuit mortem, vt vitæ æternæ
hæredes efficeremur teſte b. Petro, & ita de- *1. Petr. 3.*
glutiuit, quod (ſicut iam prædictum eſt) re-
ſurgens ex mortuis iam non moriatur, mors *Rom. 6.*
illi vltra nõ ſit dominatura. Quod enim mor-
tuus eſt peccato, mortuꝰ eſt ſemel: quod autẽ *1. Cor. 15.*
viuit, viuit deo. Sic abſorpta eſt mors in victo *Philip. 2.*
ria, Vbi enim mors eſt victoria tua? Ex quo e-
nim agnus ille dei humiliauit ſemetipſum, fa-
ctus obediens vſque ad mortem, mortem cru
cis, deus exaltauit illum, & donauit illi nomẽ
quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ie
ſu omne genu flectatur cœleſtium, terreſtriũ,
& infernorum. Ita deſtruxit quidem mortẽ,
illuminauit autem vitam & incorruptionem, *2. Tim. 1.*
ſicq; iuxta Sanſonis problema, de comedente *Iudi. 14.*
exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo, & *Iob. 14.*
apud Iob: Extractus eſt Leuiathã hamo, & fu
ne ligata lingua eius. In hoc quoq; claruit a-
gni illius vis & poteſtas, quod per mortẽ (vt
ait apoſtolꝰ) deſtruxit eum qui habebat mor
tis imperium, id eſt diabolum, & liberauit eos *Hebr. 2.*
qui timore mortis per totam vitam obnoxii
erãt ſeruituti. Niſi enim illo forti armato for
tior ſuperueniſſet Chriſtus, quomodo vicíſ- *Luc. 11.*
ſet, arma eius in quibus confidebat, abſtuliſ-

ſet,

ſet,& ſpolia diſtribueret? Cum namque (Iob
Iob.41. teſte)non ſit ſuper terram poteſtas quæ comparetur diabolo,haud dubiè incredibilem oportuit eſſe virtutem ac poteſtatem in illo dei
Apo.5. agno, quatinus velut leo de tribu Iuda & radix Dauid ſuperaret leonem illum rugientem
1.Petr.5. aduerſarium noſtrũ diabolum, vtque chirographum decreti quod erat cõtrarium nobis
Coloſſ.2. tolleret de medio, affigens illud Cruci & expolians principatus & poteſtates, traduceret cõfidenter, palam triumphans illos in ſemetipſo. Ecce quanta eſt poteſtas agni dei redemptoris noſtri qui abſtulit peccata mundi, &
Ioan. 1. lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo,
Apoc.1. qui in hoc mortuus eſt & reſurrexit, vt & vi-
Rom 14. uorum & mortuorũ dominetur. Merito itaque & illi acclamatur ab omni creatura: benedictio, & honor, & gloria, & poteſtas in ſæcula ſæculorum. Cuius victoria de omnibus tãquam principibus huius mundi præfigurata
Ioſu.12. eſt per Ioſuæ, qui vnum & triginta reges debellauit, & ad internecionem vſque deleuit.

Nunc ex loco Apocalypſæos adducto veniamus ad ſuadendum nõnullas animas poſt hanc vitam, & corporibus exutas in purgatorio eſſe, quod ſatis eſt conſentaneum, ſi intelligamus nullas omnino ſub terra creaturas eſſe laudãtes deum, & ipſum agnum dei, pro nobis in cruce oblatum, niſi animas eorum defunctorum, quę in pace domini requieſcunt, habentes tamen aliquid macularum in hoc

mundo contractarum ibi expiandum. Nam ſi vndiquaque forent purgatę, proculdubio non inuenirentur ſub terra, ſed è veſtigio in cœleſtem patriam euolarēt. De iis autem quæ perpetuæ damnationi addicuntur, quamuis ſub terra exiſtere dubium non ſit, dicere nequimus quod deum laudent, cum ſcriptum
ſit: Non mortui laudabunt te domine, neque Pſal.113.
omnes qui deſcendunt in infernum. Et multominus id ſuſpicari poſſumus de diabolo, & angelis eius apud inferos detentis, quoniā iterum
ſcriptum eſt: Superbia eorū qui te ode- Pſal.73.
runt, aſcendit ſemper, etenim ex quo in malo ſunt obſtinati, potius deum iugiter blaſphemant. Nec iam dicere valemus ſanctos patres antiquos, qui ante Chriſti in carnem aduentum, placido quidem Abrahæ ſinu recondebātur,
ſignificari in citato Apocalypſæos lo- Apoc.5.
co per cræaturas ſub terra exiſtentes, quandoquidem beatus Ioannes ibidem refert viſionem ſibi longo poſt Chriſti paſsionem tēpore manifeſtatam, cum iam in cœlum receptę eſſent omnes illorum ſanctorum patrum animæ. Reliquum eſt igitur, vt de iis animabus quæ ſub terris in quibuſdam cōtinentur receptaculis adhuc expiandæ, intelligamus quæ quidem ob certā futuræ aliquando beatitudinis ſpem, quanquam in pœnis poſitæ, beatiſsimam tamen Trinitatem ipſumq́; adeo agnum dei, Chriſtum hominem laudare iure optimo creduntur.

Sextus

Sextus ſcripturæ locus probans purgatorium. Sextus locus, qui facit ad credendum purgatorium eſt etiam in Apocalypſi, in fine capitis viceſimiprimi, vbi dilectiſsimus Chriſti diſcipulus: Nõ intrabit (inquit) in eam, nempe ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouam deſcendentem de cœlo, aliquid coinquinatum, aut abominationem faciens, & mendaciũ, niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ agni. Deſcripta paulo ante incomparabili pulchritudine, ac immenſa capacitate paradiſi, ſiue eius loci vbi cũ deo optimo maximo innumerabiles beati in perpetuũ regnaturi ſunt, B. Ioannes oſtendit eos qui in illam recipiẽtur beatitudinem, quique in eandem non admittẽtur. Si autem *Matt.22.* in nuptiis quas homo ille rex fecit filio ſuo, vocatis vndequaq; & inuitatis innumeris ad prandium, poſtquàm introiuit rex viſurus diſcubentes, hominem non veſtitum veſte nuptiali extemplo eiiciendum mandauit miniſtris, eúmq; ligatis manibus & pedibus in tenebras exteriores mittendum præcepit, manifeſto debemus intelligere eos omnes qui veſtem nuptialem (quæ aut eſt charitas diſtinguens filios regni à filiis perditionis, aut fi*Galat.5.*des quæ per charitatem operatur, vt loquitur apoſtolus) non habent, excludendos à regno cœlorum. Charitatem autẽ conſtat non perſeuerare in coinquinatis, aut abominationem facientibus, & mendacium, ideoque merito dixit B. Ioannes Euangeliſta huiuſmodi homines non intraturos in illam ſanctam ciuitatem,

tem,

tem, tam claram, mundam glorioſam. Quod eo credibilius eſt, quo magis elucet ex Apoſtolo nullam eſſe participationem iuſtitiæ cũ iniquitate, & nullam ſocietatẽ eſſe luci ad tenebras. *2. Corinth. 6* Coinquinatos autem & faciẽtes abominationem atque mendacium, liquet tenebras eſſe, iuxta eum loquendi modum quo idem b. Ioannes aſſeruit quòd tenebræ lucem non compræhenderunt, & quo Apoſtolus ad Epheſios dixit: *Ioan. 1.* Eratis aliquãdo tenebræ, nũc autem lux in dño. *Ephe. 5.* Quare tales eliminari prorſus oportet à beatitudine illa tam luminoſa, quæ non eget Sole, neque Luna vt luceant in ea. Nam claritas dei illuminabit eam, & lucerna eius eſt agnus. *Apoc. 21.* Quicunque enim peccant, in tenebris ambulãt, ob idque omnis qui malè agit odit lucem, & non venit ad lucẽ vt non arguantur opera eius: qui autem facit veritatẽ venit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius quia in Deo ſunt facta. *Ioan. 3.* Coinquinatorum verò opera quomodo in Deo fieri poſſent? Si enim lucerna corporis noſtri ſit noſter oculus ex b. Matthæo, & oculus ille fuerit nequã, totũ exinde corpus noſtrum tenebroſum erit. *Matth. 6.* Si ergo lumẽ qđ in nobis eſt tenebrę ſunt, Ipſę tenebrę quantæ erunt? Oculũ quidẽ hũc accipimus intentionẽ animi, ſeu affectũ vel cogitationem cordis, vnde maxima noſtrorum operum pars penſatur quoad bonum vel malum, iuxta quod vulgo dicimus actus exteriores ſuam vel bonitatem vel malitiam contra-

f here

here ab interioribus, nec diformiter quidem ad verbum Chriſti domini: Quę enim (vt teſtatur) procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinăt hominem. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, & blaſphemiæ, hæc ſunt quæ coinquinant hominē. Vnde & in hoc B. Ioannis loco adducto aliquid coinquinatum, recte accipimus peccatū cordis & improbiſsimam quanque animi intentionem ac cogitationem in malum cū pleno conſenſu, vnde profecto coinquinatur homo, & adeò coinquinatur, etiă ſi in exteriora opera nequaquam progrediatur, vt ſic non poſsit in illam ſanctam ciuitatem vnquă introire, niſi emūdatus. Per abominationem autem, criminoſum quoque aliquid accipimus, ſed iam protenſum ad peccatum operis, quod quia iam ſub oculos hominum venit, quamuis forte grauius in ſe non ſit, quàm opus internum duntaxat conceptum, & in corde omnino deliberatum, non abſre tamen dicitur abominandum, quoniam vel offendit videntes, vel iiſdem cauſam ruinæ miniſtrat. Per mēdaciū vero exprimitur oris peccatū & crimē. Sícq; per tria illa cordis, oris, & operis peccata cōprehēdunť oīa offenſarū genera, quæ quidē ab illa ſancta ciuitate & hoīes & ăgelos improbos excludere habeăt: vel per coinquinationē hic ſumemus vitiū carnis, quod præ cęteris hominē ſordidare ſolet, inquantū magis

Matth.15

brutalem

brutalẽ reddit. Per abominationem verò, aut peccatũ cõtra naturã, aut grauiſsimũ quódq; ſcelus, & quod vel primo ſtatim aſpectu oẽs ad vnũ abominari ſeu deteſtari ſolẽt. Et per mẽdaciũ intelligemus hypocryſim, quæ eſt mẽdaciũ in facto. Aut is mendaciũ facere hic dicet qui mẽdaciis excogitãdis delectat. Iſtiuſmodi vnũquódq; factitãtes exterminabũtur à cœleſti beatitudine, qđ & B. Paulus amplius explicat, ſic alloquẽs Corinth: An neſcitis qa iniqui regnũ dei nõ poſsidebũt: nolite errare: neq; fornicarij, neq; idolis ſeruiẽtes, neq; adulteri, neq; molles, neq; maſculorũ cõcubitores neq; fures, neq; auari, neq; ebrioſi, neq; maledici, neq; rapaces, regnũ dei poſsidebũt. Et ad Epheſios: Hoc (inquit) ſcitote intelligẽtes, ꝙ omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod eſt idolorũ ſeruitus, non habet hæreditatẽ in regno Chriſti & dei. Et ad Galatas; Manifeſta ſunt opera carnis quę ſunt fornicatio, immũdicia, impudicitia, luxuria, idolorũ ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, cõtẽtiones, criminationes, iræ, rixæ, diſsẽſiones, ſectæ, inuidię, homicidia, ebrieiates, cõuerſationes, & his ſimilia, quę ꝓdico vobis ſicut ꝓdixi, qm̃ q talia agũt, regnũ dei nõ cõſequent. Iſta autẽ ſcripta ſunt & nominatim expreſſa, ne quis falſus frater, aut ſemiChriſtianus præſumat ad beatitudinem poſſe pertingere per hoc ſolũ quod in Chriſto regeneratus eſt, & inſignitus charectere baptiſmali, perinde ac homo qui vult

1. Cor. 6.

Ephe. 5.

Galat. 5.

Pſal.33. vitam,& diligit dies videre bonos, nõ debeat & diuertere à malo, & facere bonũ. Cũ Chri
Luc.13. ſtus ipſe iuſſurus ſit expreſſè vt diſcedant ab eo oẽs operarij iniquitatis,& reſpõdeat interroganti quid boni faceret vt vitã æternã habe
Matth.19 ret:Si vis(inquit)ad vitam ingredi,ſerua mãdata.Proinde & beatus Iacobus proclamat nihil profuturum,ſi fidem quis dicat ſe habere,
Iacob.2. opera autem non habeat,ſubnectendo:Nunquid poterit fides ſaluare eũ? quaſi dicat, minime.Et ideò paulo poſt ſubiũgit : fides ſi nõ habeat opera,mortua eſt in ſemetipſa, & iterum:Vis autem ſcire ô homo inanis, quoniã fides ſine operibus mortua eſt? & rurſus:Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ita fides ſine operibus mortua eſt. Ceſſent ergo hæretici,eorumque ſectatores ac fautores peſsimè perſuaſi,mendaciter iactitare ſolam fidem ſaluare,quibus in faciem opponendum eſt il-
Galat.6. lud Apoſtoli:Nolite errare,Deus non irridetur,quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet,quoniam qui ſeminat in carne ſua,de carne & metet corruptionẽ: qui autem ſeminat in ſpiritu,de ſpiritu metet vitam æternã. Bonum autem facientes non deficiamus, tempore enim ſuo metemus nõ deficientes,quare rectè concludendo colligit: Ergo dum tempus habemus operemur bonum,quoniam(vt
2.Cor.5. alibi ait) Oportet enim nos manifeſtari ante tribunal Chriſti,vt referat vnuſquiſque propria corporis prout geſsit,ſiue bonũ,ſiue malum

lum. Sed vt citatum prius locum Apocalyp-
ſeos proſequamur, adiiciēdum eſt quod pro-
ximè ſubdit b. Ioanntes. Niſi qui ſcripti ſunt *Apoc. 21.*
in libro vitæ agni. Quoquidem dicto exclu-
ditur etiam omne aliud peccatum ab illa cœ-
leſti ciuitate, ac ſi diceret: Quid opus eſt per
ſingula enumerare ea vitia propter quæ ſub-
trahitur reprobis hominibus & angelis regnū
cœlorum? Nullus proculdubio introibit niſi
qui fuerit ſcriptus in libro vitę agni, id eſt
niſi in diuina prædeſtinatione electus ſit, quę
quidem etiā agni liber dicitur, hoc eſt, Chri-
ſti domini, inquantum eſt vnus deus cum pa-
tre & ſpirituſſancto. Non itaque ingrediētur
in illam ſanctam ciuitatem præterquā ij quos
Deus p̄ſciuit, & prædeſtinauit cōformes fieri *Rom. 8.*
imaginis filii ſui, vt ſit ipſe primogenitus in
multis fratribus, quos & in Adam prædam-
natos agnus Dei qui tollit peccata mundi, per *Ioan. 1.*
fidem & euangelium vocauit, & habentes fi- *Galat. 5.*
dem quæ per charitatē operatur, per paſsionē *Apoc. 1.*
ſuam iuſtificauit, ac in ſanguine ſuo lauit ab
omnibus peccatis, & perſeuerātes in bono vſ
que in finem tandē magnificabit. Idcirco au-
tem liber vitę, rectè dicitur agni liber, quo-
niā licet electi oēs iam in propoſito dei fuiſ-
ſent conſcripti ad illam beatitudinem, nō po
terant tamen poſt lapſum primorum parentū,
hæreditatem ad quam aſcripti erant cōſequi
niſi per precioſum ſanguinem quaſi agni im- *1. Petri 1.*
maculati Chriſti & incontaminati redimeren

tur,vt eos pro quibus mortuus eſt iuſtus pro iniuſtis offerret deo mortificatos quidẽ car-
1.Petri 3. ne,viuificatos autem ſpiritu,deleto iam chiro
Coloſ.2. grapho decreti quod erat contrarium nobis. Scribi autem in libro vitæ agni maximũ quidem eſt,& totum videtur eſſe quod requirat ac ſufficiat ad conſequutionem vitæ æternæ quantum eſt ex parte dei,vnde & Chriſtus ipſe Apoſtolis ſuis,& conſequẽter nobis,gau-
Luc.10. dendum eſſe præ cæteris ſuadet apud b.Lucã, quod nomina noſtra ſcripta ſunt in cœlis. Ve-
Pſal.68. runtamen quia (vt inſinuat Pſalmographus) poſſumus deleri de libro viuentium,& cũ iuſtis non amplius ſcribi, ſemper nobis timen-
2.Pet.3. dum eſt,ac iuxta verbum b. Petri ſatagẽdum, vt per bona opera certam noſtrã vocationem & electionem faciamus,vtque immaculati,& inuiolati deo inueniamur in pace.Ob id & B.
Philip.2. Paulus monet nos, ſub nomine Philippenſiũ, vt cum metu & tremore ſemper noſtrã ſalutẽ operemur.Deleri autẽ nos contingit, nõ quidẽ fortuito vel ꝑter iuſtitiã,ſed ob peccata noſtra, qđ ꝑſpicuè dilucidat reſpõſum dñi Dei ad Moyſen,cũ ad eum reuerſus ait: Obſecro,
Exod.32. peccauit populus iſte peccatũ maximũ, fecerúntq; ſibi deos aureos.Aut dimitte eis hanc noxã, aut ſi nõ facis, dele me de libro tuo quẽ ſcripſiſti.Cui reſpõdit dñs:qui peccauerit mihi,delebo eũ de libro meo cũ ergo ob peccata nr̃a de libro vitæ agni iuſtè obliteremur,
Apoc.21. meritò ait B.Ioãnnes neminẽ in cœleſtẽ ciuitatem

tatem

tatẽ admittendũ, qui nõ ſit in illo cõſcriptus libro, quaſi apertius diceret: Quicunque aliquod patrauerit crimen, vel plura admiſerit peccata, óbque non iniuria mereatur deleri à Deo, nunquam perennibus bonis illius ciuitatis ſanctæ fruetur, niſi fortè poſteà reſipiſcẽdo vitam in melius commutarit, & dignã pro omnibus malè patratis pœnitentiã & ſatiſfactionem egerit. De qua quidẽ ſuperna Hieruſalem dici poteſt id Eſaiæ; Via ſancta vocabitur, non tranſibit per eam pollutus, vnde liquido conſtat neminem qualibet macula peccati pollutum, ſtatim & abſque mora ad ſempiternã cœleſtis vitæ gloriam poſsidendã admitti. Contingere autẽ poteſt hominẽ hac ex vita, etiã in gratia emigrãtẽ, nihilominꝰ quorundã adhuc venialium peccatorũ labe maculari: quibus nõdum abſterſis (nec enim per mortẽ corporalẽ neceſſe eſt ea ſemper abſtergi) & ob id nonnulla cõtagione adhuc remanente, quis aſſerere præſumeret animã ſic decedentẽ, quãuis nõ niſi leuiſsimas habentem maculas aut rugas in illã lõge omniũ puriſsimam, mũdiſsimámq; ciuitatẽ incũctanter recipi? Neque tamẽ Chriſtiani ob leuiores illas maculas ęterno addici ſupplicio credẽdi ſunt, cum nuptialem adhuc veſtem gerant, hoc eſt charitatẽ habeant, quam qui ſemel amiſit nec poſteà recepit, ſolus meretur quaſi nudus, & ceu qui prophanare aut dehoneſtare videatur magnificentiſsimas agni nuptias, mitti in te-

Eſaie 35.

Matth. 22.

nebras exteriores. Oportet ergo animas illas iſtiuſmodi ſordibus quamlibet parum inſectas, prius expurgari, & ſic demum expurgatas in ſanctam ciuitatem introduci. Quod & innuit Chriſtus dominus apud beatum Mat-
Mathæi 18. thæum, vbi accitum ad ſe paruulum ſtatuens in medio diſcipulorum, ait: Amen dico vobis niſi cõuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli nõ intrabitis in regnũ cœlorũ. Paruuli autẽ ſunt oĩno mũdi quoad animã, & puri, vtpote quorum anima adhuc eſt velut tabula raſa, in qua nihil depictum eſt, itaque oportet & noſtras animas eſſe deterſas, & iam tales à quibus omni ex parte eradatur quæcunque macula, priuſquam intromittamur in locum illum cuiuſcunque labis expertem, vt ſic congruat res ſuo loco: quæ ergo ceu aliquam peccatorum ſuorum rubiginem adhuc retinent, expiandæ ſunt antequam recta in cœlum eis pateat aditus. Quas ob res bene collegerũt catholici doctores aliquem locum eſſe ponendum ad animas nonnihil purgandum ſecum gerentes, penitus emundandas, priuſquam cœleſtis gloriæ poſſeſsionem plenè adipiſcantur: & hunc locum purgatorium dicimus, in quo detentæ interim ſanctę animæ, deuotis viuorum precationibus refocillantur, ac eleemoſynis, ieiuniis, piis ad loca deo, diuiſque dicata, peregrinationibus, aliiſque huiuſmodi operibus bonis, ſed imprimis ſanctiſsimo ſacræ Miſſæ ſacrificio non parum releuantur, & indubitan-

ter.

ter adiuuantur. Hæc eſt enim fides vera, & plane Chriſtiana, necnon veritas catholica.

Iam ex eccleſia & eius authoritate probemus purgatorium eſſe in quo detineri habẽt eæ animæ ex corporibus ægreſſe, quę aliquid expiandum ſecum hinc detulerunt, donec omnino ſatisfecerint. Imprimis autem maxima omnium agnoſcenda eſt Eccleſię catholicę authoritas, quippe quę ex diuino Apoſtolo ad Coloſſenſes eſt corp⁹ Chriſti, & in priore ad Timothæum, eſt domus dei, columna & firmamentum veritatis, ex Beato autem Ioãne, eſt ſponſa, & vxor agni: quam quidem tantopere dilexit Chriſtus dominus, quod ſe ipſum tradiderit pro ea ex beato Paulo ad Epheſios vt illam ſanctificaret, mundans eam lauachro aquæ, in verbo vitæ, vt exhiberet ipſe ſibi gloriam Eccleſiam, non habentẽ maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata. Cuius cum Chriſtus ipſe ſit caput, quis hanc vel minima erroris captiuitate peſſundare poterit? Ipſe hanc ſibi ipſi ſine macula & ruga addixit, quis ergo eam iam inquinabit, in his quæ ſunt fidei & morum? Apud beatum Matthęum, eadem eſt regnum cœlorum, quam ita Chriſtus ſe ædificaturum ſuper petram pollicitus eſt, vt porte inferi non præualerent aduerſus eam: cui & tantam etiam per ſe dedit authoritatem ac poteſtatem, vt ipſam audire teneantur omnes & ſinguli, alioqui ſi eccleſiam quis nõ audierit, ſicut

Coloſſ.1.
1.Timo.3.
Ioan.3.& Apoc.21.
Ephe.5.
Eph.1. et 5. et Coloſſ.1.
Matth.13.
16.
18.

ſicut ethnicus & publicanus ſit habendus. Et adiecit quod quæcunq; alligauerit ſuper terram, ſint ligata & in cœlo: & quæcunque ſolueritſuper terram, ſoluta ſint & in cœlo. Ad

Matth.vlt. patrem inſuper regrediēs promiſit ipſe, quod ſit cum ea omnibus diebus vſque ad cōſummationem ſæculi. Et hanc ne quis vnquā impune parui faceret, ſe ipſum audiri teſtatus eſt dum auditur eccleſia, ſeque ſperni cum ſper-

Luc.10. nitur & ipſa. Quibus præuilegiis, quid quæſo, ſub deo optimo maximo, poteſt eſſe maius? Vnde vehementer reformidare deberent omnes, ne in minimo quidē, Eccleſiæ vel detrahant vnquàm, vel contradicant: qui enim aut derogare ipſi aut reluctari præſumunt, nō iam pro legitimis filiis habendi ſunt, ſed iudicādi plane ſpurij ac degeneres, & proinde nū-

Rom.8. quā futuri hæredes dei, nec cohæredes Chriſti. Et optimo quidem iure, nam ſi honorem corporali matri noſtræ exhibere debemus o-

Thob.4. mnibus diebus vitæ eius, vt ſanctæ monebat filium ſuum Thobias, & iuxta Salomonem,

Prouerb.1. non deceat dimittere legem matris noſtræ, &

Prouer.11. ſtultus ſit homo qui deſpicit matrem ſuam, vnde & poſtea quaſi imprecando vel prophetando dicit: Oculum qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ, ſuffodiant eum corui detorrentibus, & comedant eum filiæ aquilæ: q̃ acerbā obſecro, merentur pœnam Chriſtiani, qui ſpiritualem & communē omniū in Chriſto matrē Eccleſiā aſpernātur?

Si

Si(vt inquit Eccleſiaſtic⁹)eſt maledictus adeo qui exaſperat matrē, poteſtne is benedictionē expectare, qui in eccleſiam matrem ſanctiſsimam armatur, eamq; viperarum more euiſcerare contendit? Præceptum diuinū eſt, vt honoremus patrem & matrem, quatinus ſimus ſuper terram longæui, & tu exhonorās eccleſiam, quæ vt pia mater te regenerauit in Chriſto, veram vitam præſtolari audes in terra viuentium? Et non potius probas legē ciuilem, quæ morte contradictores Eccleſiæ, ceu tēporalis etiā vitæ indignos mulctat? Mādat deus, quòd qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur: & tu ſempiternā tibi mortē impendere non intelliges, qui Eccleſiam, tuā ipſius, (niſi forte ab ipſa prorſus defeceris ad paganiſmum) omniū Chriſtianorū vnicā matrē, proſcindere maledictis nō ceſſas: Prçcipit idē dominus, quod qui percuſſerit patrē ſuū aut matrem, morte moriatur: & tu dignus eris viuere qui matrem tuam, ſanctam Eccleſiā catholicam velut calce percutiens, perdere conaris? Contra quam ſi vel deſpiciēdo, vel ex honorando, vel derogando, vel contradicendo, vel maledicendo, vel percutiēdo, vel alio quouis modo peccaueris, & peccās perſeueraueris, q̃s tibi auxilio erit, aut à ventura liberabit ira agni, eius ſpōſi? Si enim ſecūdū animā vlla premaris indigentia, quaſi ſpirituali fame periturus, non niſi in gratiam eius ſecundum Chriſtum, hydria farinæ, & lechitus olei tibi multiplicabitur

Eccle.3. *Exod.20. & Matt.15.* *Exod.21. & Leuit.20.* *Exod.21.* *Apoc.21.*

3.Reg.7. 4.Reg.4. tiplicabitur à vero Helia, vel vacua implebũtur vaſa ab Heliſæo. Etſi ſpiritualiter moriaris, ſola poteſt Eccleſia à prædictis digne impetrare, vt reuiuiſcas: quod præfiguratum eſt in ſuſcitatione tum pueri viduæ Sareptane, tũ filij Sunamitis. Quod ſi ad cœleſte aſpires regnum, quis melius ipſum tibi procurabit quã Eccleſia, non ſecus ac Bethſabeæ promouit filium ſuum Salomonem ad thronũ patris ſui Dauid, ope & conſilio Nathã prophetæ? Hæc enim mater ſedula, nihil aliud quam ſuis filiis conſulere ac prouidere ſtudet: ſiue acceptum fermentum abſcondẽdo in farine ſatis tribus donec fermentetur totum, ſiue accẽdendo lucernam, & euertendo domum ac peruestigãdo impigre, quoadusque inueniat dragmam perditam: ſiue orationẽ faciẽdo ſine intermiſſione ad deum pro ſuis, quemadmodũ pro B. Petro iuſſu Herodis incarcerato: ſiue indigniſſimum quemq; vero Dauidi Chriſto, recõciliando, vt factum eſt per mulierem Tecuitem in reconciliatione Abſalonis: ſiue vniuerſos Chriſtianos ab imminẽti internecione eruẽdo, vt fecit regina Heſter pro Iudæis contra ſuperbiſſimum Aman: ſiue pernicioſiſſimum hoſtem profligando, qualiter Olophernẽ Iudith obtruncauit: ſiue fratrem de violenta alterius manu ſubtrahendo, vt Iacob, Rebecca ab iniuria Eſau vindicauit: ſiue benedictionẽ exorando à patre cœleſti, velut eadem mater ab Iſaac extorſit pro Iacob, viro ſimplice, habitante

Marginal notes: 3.Reg.17. 4.Reg.4. (beside "in ſuſcitatione"); 3.Reg.1. (beside "lium ſuum Salomonem"); Matt.13. (beside "fermentum"); Luc.15. (beside "cernam"); Acta.12. (beside "Petro iuſſu"); 4.Reg.24. (beside "liando"); Heſter.8. (beside "do, vt fecit"); Iudit.13. (beside "hoſtem"); Gene.28. (beside "dith"); 27. (beside "ab Iſaac")

bitante in tabernaculis,fruſtrando prophanũ Gen.25.
Eſau venandi gnarum,& hominem agricolã.
Cũ Eccleſia enim, nec ſine illa poſſumus, vel à veris malis eripi, vel ad vera peruenire bona: quippe extra quam nõn eſt ſalus, vt ne vnus quidem ex innumerabilibus potuit à diluuio liberari, niſi qui in arca cum patriarcha Noë Gene.7.
inuentus eſt.Ecce quanta vtilitas,vt quis ſub eccleſiæ alis quaſi pulli ſub gallinea fouẽte ac protegente, perſeueret:quantum item incom modum vt ab ea vel deficiat vel recedat. (Si Prouerb.11.
quemadmodum teſtatur Sapiens Hebræus) ſalus eſt vbi multa cõſilia,quis non videat veram ſalutem facile reperiri in Eccleſia, in qua tot viri ſapientes, & diuino afflati ſpiritu ſem per fuerunt,& erunt ſemper?Nunquàm enim dominus Ieſus, ſine bonis ac ſapiẽtibus viris, Rom.8.
ſapientiáque(non quidem carnis,quæ inimica eſt deo,ſed ſpirit⁹,quæ vita eſt & pax)præditis,Eccleſiam ſuam ſponſam deſeret:& mul tominus quàm reges, aliíque principes temporales relinquunt ſuas vxores aut incuſtoditas,aut incomitatas nobilibus probíſq; mulieribus: eóque magis illud perſeuerabit in eccleſia, quo deus optimus maximus omnibus huius mũdi regibus, citra vllam comparationem longè anteſtat. Quandoquidem, ſi in veteri lege non eſt relictus ſolus helias,quamuis ipſe ita aſſereret:ſed cum eo ſeptem millia virorum deus reſeruauit qui non curuauerunt 3.Reg.19.
genua ante Baal, quantominus hoc miſerẽdi, Pſ.101.et 68.
bene

beneplacitique,ac euangelicæ gratiæ tempus, piis & ſanctis hominibus omníque prudentia
Apoc.1. & ſano conſilio pollentibus,deſtituet? Chriſtus dominus,teſtis fidelis, qui ſancte iuxta ac
Ioan.14. verè pollicitus eſt quod non relinqueret nos orphanos, ſed ipſe rogaret patrem & aliũ paracletum daret nobis, vt maneat nobiſcũ in æternum, ſpiritũ veritatis quem mundus nõ poteſt accipere, ꝙ docebit omnia, & ſuggeret nobis omnia, quæcunque illæ dixerit nobis,
Ioan.16. & cũ ſit ſpiritus veritatis, docebit nos omnẽ veritatem. Ediuerſo autem ab iis qui ab Eccleſia deficiũt, auferetur ſpiritus Chriſti, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij
Eſa.11. & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & ſpiritus timoris domini. Quomodo enim ſpiritum ſuum ſanctum dabit Chriſtus iis, qui ſponſam ipſius chariſsimam abiiciunt & conculcant? Peruerſe enim cogitationes ſeparant
Sap.1. à deo(vt ait Sapiens)& in maleuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Qui autem dimittuntur à ſpiritu ſancto, neceſſe eſt incidant in ſpiritum nequam, quemadmodum vbi ſpiritus domini receſsit à Saul, exagitabat eum ſpiri-
1.Reg.16. tus nequam à domino, & inuadebat enim ſpiritus dei malus. Ita improbos vexat ſemper
Eccle.39. ſpiritus mendax ad vindictam creatus, quoniam enim charitatem veritatis vt eſt in po-
2.Theſſ.2. ſteriore ad Theſſalonicenſes)non receperunt vt ſalui fierent, ideo mittet illis deus operationem

tionem erroris vt credant mendacio, & iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, ſed cōſenſerunt iniquitati, in quorum medio (vt eſt apud Eſaiam) dominus miſcuit ſpiritū vertiginis, & apud Oſeā, ſpiritus fornicationum decepit eos, & fornicati ſunt à deo ſuo, & iterum: Quoniam ſpiritus fornicationū in medio eorū, & dominū non cognouerunt. Si quidē (teſte Chriſto domino) cum immūdus ſpiritus exierit ab homine, ſi reuertatur in domum ſuā vnde exiuit, tunc aſſumit ſeptē alios ſpiritus ſecū nequiores ſe, & intrātes habitāt ibi & fiunt nouiſsima hominis illius peiora prioribus. Quod plus ſatis hodie experimur in his qui ex nobis prodierūt ſed (vt habet B. Ioānes in prima epiſtola) nō erāt ex nobis, nā ſi fuiſſent ex nobis ꝑmāſiſſent vtiq; nobiſcū. Cū enim in Chriſto & Eccleſia baptizati ſint, Eccleſię renunciātes euadūt multo peiores, & lōge peſtilentiores, ac nocētiores q̄ aut Iudęi, aut pagani. Ex quo nāq; traditi ſunt in reprobū ſenſum (vt eſt ad Romanos) faciūt ea quæ nō cōueniūt, repleti omni iniquitate, malicia, fornicatione, auaritia, nequitia, pleni inuidia, homicidiis, cōtentione, dolo, malignitate, ſuſurrones, detractores, deo odibiles, contumelioſi, ſuperbi, elati, inuētores malorum, parentibus non obedientes, inſipientes, incōpoſiti, ſine affectione, abſque fœdere, ſine miſericordia. Et vt habetur in poſteriore ad Timothæum: Mali homines & ſeductores proficient

Eſa. 19. Oſe. 4. Oſe. 5. Matth. 12. 1. Ioan. 2. Roman. 1. 2. Timo. 3.

proficient in peius, errantes & in errorẽ mittentes. Quemadmodũ enim Iamnes & Mambres reſtiterunt Moyſi ita & hi reſiſtunt veritati, homines corrupti, mente reprobi circa fidem. Ideóque merito monet Titum B. Paulus, vt hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuitet, quia ſubuerſus eſt qui eiuſmodi eſt, & delinquit cum ſit proprio iudicio cõdemnatus. A quibus quidem omnibus & ſingulis ſpiritualibus incõmodis vt liberi ſimus & ĩmunes, Eccleſię matri noſtræ ſanctiſsimæ adhæreamus, eiúſque conſilia & authoritatem nunquàm non amplexemur. Cuius authoritas hinc maximopere cõmendatur, ꝙ ipſa Eccleſia catholica prędicet, & teneat inconcuſſe, id quod vbiq; terrarum, quod iugiter ac continuè à primario euãgelij exortu, quod ab omnibus veris Chriſti fidelibus creditum eſt. Tria enim exactè ſequitur, quæ ad id perſuadendũ valeant plurimum: nempe vniuerſitatem, antiquitatem, cõſenſionem. Vniuerſitatẽ quidem ſequitur Eccleſia, quatenus palam fatetur atque proteſtatur, vnam fidem eſſe indubitanter veram ac ſynceram quam omnes per vniuerſum orbem terrarum Chriſtiani confitentur. Antiquitatem vero, quoniã ab ea intelligentia ſeũ declaratione ne latum quidem vnguem diſcedit, quam pij ſanctíque maiores ac noſtri in Chriſto patres, manifeſtè celebrarunt hactenus, atque promulgarunt. Conſenſionem nõ minus

Tit. 3.

Tria inconcuſſit tenet Eccleſia catholica vniuerſitatẽ, antiquitatẽ, conſenſionem.

minus tenet, dum in ipſa vetuſtate omnium, vel certe pene omniũ præſulum, minorúmq; ſacerdotum, pariter & magiſtrorũ,ſeu doctorum ſacrorum definitiones, ſententiáſque ad amuſsim amplectitur. Quamquidem eccleſiã ſi quis imitari ducem voluerit: velle autẽ debent oẽs, vel maximè Chriſtiani iuxta quòd in ſymbolo vnuſquiſque eorũ dicit: Credo ſanctam eccleſiam catholicã,ab omnibus ſemper hæreſibus haud dubiè alienus omnino erit. Quid enim ſi ſe aliqui ab vniuerſalis fidei cõmunione vel minimùm præciderint, nónne paucis & eiſdẽ peſtiferis,corruptiſque mẽbris, ſanitatem vniuerſi corporis verus eccleſiæ imitator pariter & amator protinus anteponet? Quòd ſi nouellæ hæreſes, vel etiam vetuſtæ, ſed tamen quaſi per refricationem innouatæ,quod,prohdolor, ſupra modum nũc videmus,non iam portiunculam tantum, ſed multas etiã vrbes,regiones, & prouincias cõmaculare appareãt: quid aliud tũc faciet Chriſtianus catholicus? niſi quòd antiquis patribus ſanctis firmiter inhæreat, qui prorſus iã non poſſunt ab vlla nouitatis ſiue recentioris refricationis hæreſum fallacia aut fraude ſeduci? Si autem in ipſa etiam antiquitate, aut duorum,aut triũ improborũ, vel certe vnius ciuitatis totius,aut etiam prouinciæ alicuius errorem fortè offendat,tunc quoque paucio rũ temeritati,vel improbæ obſtinationi, lõge anteponet vnius, vel plurium conciliorum

vniuerſalium decreta, ſi qua ſint vniuerſaliter & antiquitus prouulgata. Quod ſi tale aliquid forte emergat, vbi nihil decretis conciliorum ſtatuatur, tunc ſtudebit pius Eccleſiæ cultor, maiorum inter ſe conferre ſententias, & collatas conſulere, & probè conſultis indubitanter adhære: eorum tamen maiorum duntaxat acquieſcet ſententiis, qui diuerſis licet temporibus diſtantibúſque locis, in vnius nihilominus Eccleſiæ catholicæ ſanctæ communione & ſyncera fide perſiſtentes, doctores & magiſtri extiterunt ſpectati ſemper ac probati. Et quicquid non vnum, non duos, non paucos ſolummodo: ſed omnes, aut multo plures aliis vnanimiter eodémque ſenſu, palàm, ſæpe, perſeuerāter ſcripſiſſe, docuiſſe, ac defendiſſe cognouerit, id tenendum, in eóque perſeuerandum ſine vlla hæſitatione credet. Catholicæ autem Eccleſiæ authoritatem quoad omnes fidei ac religionis articulos quos docet, parem eſſe, nemo verè Chriſtianus ambigere debet, quippe quæ circa omnia id genus *Ioan.16.* dogmata ab eodem continenter Spiritu diuino dirigitur, quare Deo duce freta ac conducta, nec fallere vnquàm, nec falli in talibus poteſt: cum itaque pro Chriſtiano dogmate hactenus prædicauerit ipſa Eccleſia catholica, animas hinc emigrantes cum quadam pœnarum obligatione, expiari per ignem purgatorium priuſquam in beatā cœleſtis regni aulā perueniant, id firmiter & inconcuſſe fateri, &

quaſi mordicus tenere debẽt omnes veri germaníq; Eccleſiæ filij, nec vlla ex parte vel dubitare de hoc, vel ſecus ſentire, ne ſupra matrẽ ſuã:& eandẽ,nulli vnq̃ errori obnoxiam ſapere nimis p̃ſumptuoſe ꝓbenſ:hoc ſiquidem eſſet ſapere pluſq̃ oportet, & nõ ſapere ad ſobrietatẽ,cũ hoc iubeat Apoſtolus,illud vetet: quẽadmodũ & Salomõ præcipit ne qs innitatur prudẽtiæ ſuæ,neo ſit ſapiẽs apudſemetipſum: ſed prudẽtię ſuę ponat modũ. Quod nõ aliter obſeruabimus, q̃ ſi à maiorũ noſtrorũ ſententia non deuiemus,vt tenemur. Si enim quid ſit ſentiẽdum noſſe velis, interroga (inquit Moyſes)patrem,& annunciabit tibi, maiores tuos,& dicẽt tibi. Vnde &alibi:Si difficile(inquit)& ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem & ſanguinẽ, cauſam & cauſam, lepram & non lepram,& iudicium intra portas tuas videas variari,ſurge & aſcende ad locum quem elegerit dominus Deus tuus, veniéſque ad ſacerdotẽ leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæreſque ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcunque dixerint qui præſunt loco quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, ſequeríſque ſententiam eorum, nec declinabis ad dexteram neque ad ſiniſtrã. Qui autẽ ſuperbierit,nolẽs obedire ſacerdotis imperio qui eo tẽpore miniſtrat dño Deo tuo,ex decreto iudicis morietur homo ille,&

Rom.12.
Prouerb.3. & 23.
Deut.32.
Deut.17.

auferes malum de Iſrael, cunctuſque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. Ecce in veteri lege, quæ erat lõ-
Ioan.1. ge imperfectior euãgelica, quia hic veritas eſt,
1.Cor.10. illic autem figura, ſiquid dubij occurrebat, referebatur ad magiſtros & ſacerdotes Synagogæ, & hoc modo prouiderat Dominus Iudæis craſsioribus, & totis carnalibus, vt ipſos ab errore vendicaret: & ſuam Eccleſiam ſcilicet ita relinquet, vt patiatur abſque certis remediis verſari inter dubia ſiquæ emergãt, vnde ſuos ab errore non poſsit ſufficienter reuocare, & quæ credenda ſunt verè docere? Et vbi erit vox illa Chriſti ſponſi, ad Eccleſiam
Cantic.4. ſponſam ſuam chariſsimam, in epithalamio ſpirituali: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te? Et iterum: Vna eſt colum-
Cantic.6. ba mea, perfecta mea? Si Chriſtus domin' lõge charius amet Eccleſiam quàm Synagogã, (quod præfiguratum eſt in Iſaac accipiente Rebeccam in vxorem, de quo ita ſcribitur.
Gene.24. Et in tantum dilexit eam, vt dolorem qui ex morte matris eius acciderat, tẽperaret) nónne optimo quoque iure eidem per omnia proſpicienter conſuluit, immo lõge amplius proſpexit, atque prouidit? Cum enim (teſte pſal-
Pſal.44. mographo) concupierit rex decorem eius, fecit eam ſibi aſsiſtere tanquam reginam à dextris ſuis, in veſtitu deaurato, circundatam varietate, cuius omnis gloria abintus, in fimbriis aureis circumamictam varietatibus. Cui &

pro

pro patrib⁹ nati ſunt filij, quos cõſtituit principes ſuper omnem terram, nempe Apoſtolos, & eorum ſucceſſores in lege Euangelica, antiſtes videlicet Eccleſiaſticos & omnes põtifices, quibus grex vniuerſus Chriſti domini commiſſus, eſt paſcendus vita, moribus, doctrina, exemplo, ſanctiſsimiſque inſtitutis. Itaque Rex regum, & dominus dominantiũ, *Apoc. 19.* cum quo (vt eſt in Prouerbiis) ſunt diuitię, & *Prouerb. 8.* gloria, & opes ſupernæ, omniphario decore Inſigniuit Eccleſiã, quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis apud Eſaiam, cui aureas fecit *Eſaie 61.* murenulas in Canticis, vermiculatas argẽto, *Cantic. 1.* In Rebecca ſuſpendit inaures aureas, ad ornandam faciem eius, & armillas poſuit in manibus: *Gene. 24.* In Iudith lauit corp⁹ eius, & vnxit myrto optimo, & diſcriminauit crinen capitis eius, & impoſuit mitrã ſuper caput, & induit *Iudith. 10.* eam veſtimentis iucunditatis, induítque ſandalia pedibus, aſſumpſitque dextrariola, & lilia, & annulos, & omnibus ornamentis venuſtauit eam, cui etiam dominus ſplendorẽ con tulit, quoniam omnis iſta compoſitio non ex libidine, ſed ex virtute pendebat, & ideô Dominus illi pulchritudinem ampliauit, vt incõ parabili decore omnium oculis appareret: In Heſter regina accelerauit mundum muliebrẽ *Heſter. 2.* & tradidit ei partes ſuas, & ſeptẽ puellas ſpecioſiſsimas de domo regis, & tã ipſam quàm pediſequas ei⁹ ornauit atq; excoluit, ſex quo que mẽſibus oleo vnxit myrtino, & aliis ſex,

quibuſdam pigmentis & aromatibus vti con ceſsit,& quicquid poſtulauit ad ornatũ pertinens accepit, effectáque eſt formoſa valde, & incredibili pulchritudine,omnium oculis gratioſa & amabilis viſa eſt. Et adamauit eam rex pluſquã omnes mulieres, habuítque gratiam & miſericordiam coram eo ſuper omnes mulieres,& poſuit diadema regni in capite eius,fecítque eam regnare. Et iuſsit conuiuiũ præparari permagnificum cunctis principibus,& ſeruis ſuis,pro coniunctione & nuptiis

Heſter.5. Heſter,id eſt Eccleſiæ. Et induit eam regalibus veſtimentis,& placuit oculis regis qui extendit cõtra eam virgam auream quam tenebat manu,quæ accedens oſculata eſt ſummitatem virgæ eius. Dixítq; ad eã rex: Quid vis Heſter regina? quæ eſt petitio tua? Etiam ſi dimidiã partẽ regni petieris,dabitur tibi. Quãquidẽ eccleſiam ſponſus in Canticis Cantic. pulcherrimam inter mulieres vocat, equitatuíque ſuo in curribus Pharaonis aſsimilat amicam ſuam, cuius pulchræ ſunt genæ ſicut turturis,& collum ſicut monilia, cuius & pulchritudinem quaſi admiratus ait: Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui columbarum. Sicut liliũ inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Sub cuius dilecti (quem deſiderauerat) vmbra ſedet eccleſia, cuius dilecti fructus dulcis gutturi ipſius, quã introduxit rex in cellam vinariam, ordinans in ea charitatẽ. Fulcit eam floribus, ſtipat malis, leuam

Cantic.1.

Cantic.2.

uam ponit ſub capite, & dextera amplexatur eam. Adiurátque filias Hieruſalem ne ſuſcitent, neque euigilare faciant dilectam, donec ipſa velit, vocátque denuò amicam ſuam, columbam ſuam, formoſam ſuam, ſpecioſam ſuam, rogans vt oſtendat ei faciem ſuam, & ſonet vox eius in auribus ipſius. Vox enim ſpóſæ dulcis, & facies eius decora, vnde & Synagoga eam admirata: Quę eſt iſta (inquit) quę aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhę, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarii? Sed & ipſe ſponſus caſtiſsimo iterũ raptus amore, ſic loquitur ad illam: Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es. Oculi tui colũbarum, abſq; eo quo intrinſecus latet. Capilli tui, ſicut greges caprarum quę aſcẽderũt de mõte Galaad: dẽtes tui, ſicut greges tõſarũ q̃ aſcenderũt de lauacro. Sicut vitta coccinea, labia tua, & eloquiũ tuũ dulce, cut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, abſque eo quod intrinſecus latet. Sicut turris Dauid, collum tuum. Duo vbera tua ſicut duo hynnuli capreę gemelli, qui paſcuntur in liliis. Tota pulchra es amica mea, & macula nõ eſt in te, veni de libano ſpóſa mea, veni de libano, veni coronaberis de capite Amana, de vertice ſanyr & hermon, de cubilibus leonũ, de montibus pardorum. Vulneraſti cor meũ ſoror mea ſpóſa, vulneraſti cor meũ in vno oculorũ tuorũ, & in vno crine colli tui. Quàm pulchrę ſunt mammæ tuę ſoror mea ſponſa,

Cantic.3.

Cantic.4.

Pulchriora ſunt vbera tua vino, & odor vnguẽtorum tuorum, ſuper omnia aromata. Fauus diſtillans labia tua ſponſa, mel & lac ſub lingua tua: & odor veſtimẽtorum tuorum, ſicut odor thuris, hortus cõcluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus. Emiſſiones tuę paradiſus malorum punicorum, cũ pomorum fructibus. Cypri cum nardo, nardus, & crocus, & fiſtula, & cynamomum, cum vniuerſis lignis Libani: myrrha, & aloe, cum omnibus primis vnguentis. Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano. Et rurſus: Pulchra es amica mea, ſuauis, & decora, ſicut Hieruſalem, terribilis vt caſtrorũ acies ordinata. Sexagĩta ſunt reginæ, & octogĩta cõcubinæ, & adoleſcẽtularũ nõ eſt numerꝰ. Vna eſt colũba mea, pfecta mea, vna eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuę. Viderunt eam filiæ Sion, & beatiſsimam prædicauerunt reginæ, & concubinæ laudauerunt eam. Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata? Et iterum: Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis filia principis. Iuncturæ femorum tuorum, ſicut monilia quæ fabricata ſunt manu artificis. Vmbilicus tuus, crater tornatilis, nunquàm indigens poculis. Venter tuus, ſicut aceruus tritici, vallatus liliis. Duo vbera tua, ſicut duo hynnuli gemelli capreæ. Collum tuũ, ſicut turris eburnea. Oculi tui, ſicut piſcinæ

Cantic.6. *Cantic.7.*

piſcinę in Eſebon, quæ ſunt in porta filiæ multitudinis. Naſus tuus, ſicut turris Libani, quæ reſpicit cõtra Damaſcum. Caput tuum, vt Carmelus, & comę capitis tui, ſicut purpura regis iuncta canalibus. Quàm pulchra es & quàm decora chariſsima in deliciis. Statura tua aſsimilata eſt palmæ, & vbera tua, botris. Et erunt vbera tua ſicut botri vineæ, & odor oris tui, ſicut odor malorum. Guttur tuum, ſicut vinum optimum. Ipſa quoque ſynagoga addit: Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto, deliciis affluẽs innixa ſuper dilectum ſuũ? Ex tam multis ſupra enarratis tot tantarúmque laudũ præconiis, & eminentioribus cunctorum honorum titulis, quis iam non plane intelligat Eccleſiam ipſam omnes tum pulchritudinis, tum perfectionis, tum ſuperemìnentiæ, atque authoritatis numeros habere, ac proinde lõge omnium pulcherrimam, abſolutiſsimámque ac eminẽtiſsimam eſſe? Cui proculdubio cõparari nequeat Sare formoſitas, quamuis ob hanc ſibi timuerit Abraham, ob idq; obſecrarit vt illa ſororem ſe diceret, vxorẽ tacendo, cum in Aegyptũ deſcenderẽt, vnde cum vidiſſent eam Aegyptij ꝙ eſſet pulchra nimis, laudauerunt apud Pharaonem, & ſublata eſt in domũ eius. Et eãdem ob cauſam ſecundo tuliſſe ipſam videtur Abimelech rex Gerare. Nec eccleſiæ pulchritudini Rebeccã iure conferas, quãuis hæc prædicetur puella decora nimis, virgoq; pulcherrima. Nec ipſã Rachel,

Gene.12.
Gene.20.
Gene.24.

Rachel, tãetſi decora facie, & venuſto aſpectu:
Gene.29. cuius ſpecie allectus Iacob obtulit ſe ſeptem
annis pro ea ſeruiturum auunculo ſuo Labã,
& deceptus ſeruiuit adhuc ſeptem aliis annis,
vt optatis tandẽ potiretur nuptiis. Minus autem
poteris Dinã componere, licet ob ipſam
Gene.24 Emor eueus princeps terræ, in gratiam filij
ſui Sichem, cuius anima cõglutinata erat cum
Dina, ſuſtinuerit vt circuncideretur ipſe cum
toto populo ſuo, & promiſerit dotẽ augere,
& dare quęcunque ſtatuiſſet Iacob cum filiis
Ruth.1. ſuis. Nec valebit Noemi ſocrus Ruth Moabitidis
conferri eccleſiæ, quanuis ſic nominaretur,
1.Reg.25. retur, id eſt, pulchra. Nec Abigail mulier illa
prudẽtiſsima q̃libet ſpecioſa, nec Bethſabeæ,
2.Reg.11. ob cuius inſignem vultus elegantiam Dauid
rex, & propheta, alioqui ſanctiſsimus, adulterio
homicidium ſuperaddidit. Nec Abiſac
3.Reg.1. ſunamitis, adoleſcentula ſpecioſa, & pulchra
nimis, quæſita in omnibus finibus Iſrael, vt
eundem Dauid iam vetulũ foueret, ac calefaceret.
Nec Iudith, quæ erat elegãti aſpectu,
Iudith.8. quam cum vidiſſent Bethulia egredi volẽtem
Ozias princeps ciuitatis, & Eliachin ſacerdos
cum presbyteris, ſtupentes, mirati ſunt nimis
Iudith.10. pulchritudinem eius. Sed & exploratores Aſſyriorum,
conſiderantes faciem eius ſtupore
oculorum tenebantur: quoniã pulchritudinẽ
mirabantur nimis, & ſatellites Olophernis dixerunt:
Quis contemnat populum Hebræorum,
qui tam decoras mulieres habent, vt nõ
pro

pro his merito pugnare cōtra eos debeamus? Et addiderunt: Non eſt talis mulier ſuper terram, in aſpectu, in pulchritudine, & in ſenſu verborum. Nec Heſter quæ erat pulchra nimis, & decora facie, erat enim (vt iam præmiſſum) eſt formoſa valde, & ĩcredibili pulchritudine, omnium oculis gratioſa & amabilis videbatur. Qua de cauſa & Chriſtus ſponſus Eccleſiam merito dicit pulcherrimam inter mulieres. Si ergo omnes incomparabili pulchritudinis concinnitate longe anteit Eccleſia mater noſtra, nihil poterit in ea ruge vnq̃, aut macule reperiri: ac proinde non ſolū ſanctiſsima habebitur, & omnis peccati prorſus immunis: verum etiam à quauis falſitate & errore indeſinenter erit alieniſsima, eruntq́ue veriſsima ſemper, ſimul & deo optimo maximo probatiſsima quæcunque nomine fidei, religionis, & morum docet, ac prædicat vbique terrarum & perſeueranter. Tenet autem Eccleſia Chriſtiana, aç tenuit ab Apoſtolorum temporibus, & inconuiuenter commendauit atque obſeruauit, conſuetudine inuiolabili iuxta ac laudabili, vt fierent preces, aliáque pia ſuffragia pro Chriſti fidelibus hac vita functis: quid eſt igitur vt in dubium reuocetur, an id verum, pium, ſanctum ve ſit? Si conſuetudo diu ſeruata in aliis, pro lege rite habetur, quantomagis in Eccleſia idipſum erit, in re tam ſeria, pia, ac religioſa? Cum & beatus Paulus ipſe in

Iudith. 11.
Heſter. 2.
Cantic. 1.

1.Cor.11. in priore ad Corinthios argumentetur ex cõſuetudine alia, quàm haberent Chriſtiani, & Eccleſia dei. Et ad Hebræos inuitet ad chari-
Hebr.10. tatem, & bona opera, quæ in collectione fiebant ex quorundam conſuetudine. Et B. Iacobus ipſe in actis apoſtolorum, in congrega-
Act.21. tione ſeniorum oſtendebat B. Paulo non eſſe facile contemnendam conſuetudinem. Et in-
Act.25. fra introducat B. Lucas Feſtum præſidem romanum, tanquàm rationabiliter dicentẽ, non eſſe Romanis conſuetum damnare aliquem hominem, priuſquàm is qui accuſatur, præſentes habeat accuſatores, locúmque defendendi accipiat ad abluẽda crimina quæ ei obiiciuntur. Et iterum B. Paulus ſe beatum ęſtimet, quod coram Agrippa ſit ſe defenſurus, maxime ſciente omnia quę apud Iudęos ſunt
Act.26. & conſuetudines & quæſtiones. Et Labã imponens ipſi Iacob introducendo Liã pro Ra-
Gene.29. chel, ſic ſe excuſet, vt affirmet non eſſe in loco illo conſuetudinis, vt minores ante tradãtur ad nuptias. Et Moyſes aſſerat quadragin-
Gene.50. ta dies tranſiiſſe, dum ipſius Iacob cadauer aromatibus condiretur quia iſte mos erat ca-
Ioan.19. dauerum conditorum. Iuxta quod & B. Ioannes Euangeliſta ait corpus domini Ieſu fuiſſe ligatum lintheis cum aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelire. Ad hæc, cũ B. Paulus Romam appuliſſet, ſéque omnino inculpatum vellet demonſtrare, aſſeuerabat ſe nihil cõtra morem paternum egiſſe, quo quidem ſubin-
dicabat

dicabat morem ac conſuetudinẽ vbique laudabiliter ſeruari, quando ipſis legi dei nihil derogatur. Ex quibus omnibus pręmiſsis, cõſuetudinem tangẽtibus, rectè colligere debet vnuſquiſque B. Auguſtinum in libro de cura pro mortuis gerenda, merito aſtruxiſſe non paruam eſſe vniuerſæ Eccleſiæ auctoritatẽ in conſuetudine orandi pro mortuis, & ſi nuſq̃ in ſcripturis veterib⁹ prorſus legeretur. Quẽadmodum & Tertulianus in libro de pręſcriptionibus aduerſus hæreticos, ſuadet ex tot eccleſiarum vnanimi conſenſu, nõ eſſe credibile quod erratum ſit, inquiens: Et quid veriſimile eſt, vt tot ac tante in vnam fidem errauerint? Nullus inter multos euẽtus eſt, vnus eſt. Exitus variaſſe debuerat ordinem doctrinæ Eccleſiarũ. Cæterum quod apud multos vnum inuenitur, non eſt erratum, ſed traditũ. Audeat ergo aliquis dicere illos erraſſe qui tradiderũt? quo quomodo ſit erratũ, tãdiu vtiq; errauit error, quandiu hęreſes non erant. Aliquos Marcionitas & Valentinianos liberãda veritas expectabat: interea perperam euangelizabatur, perperam credebatur, tot milia milium perperam tincta, tot opera fidei perperã miniſtrata, tot virtutes, tot chariſmata perperã operata, tot ſacerdotia, tot miniſteria perperam functa, tot deniq; martyria perperam & inuacuum. Ireneus quoq; libro tertio aduerſus hęreſes Valentini & ſimilium, oſtẽdit in dubiis recurrendum ad Eccleſiæ ſententiã,

Aug. c. 1

Tertull.

Ireneus.

vbi

vbi ait capite ſecundo: Cũ enim ex ſcripturis arguuntur, in accuſationem cõuertuntur ipſarum ſcripturarum, quaſi non rectè habeãt, neque ſint ex authoritate, & quia varie ſint dicte, & quia non poſsit ex iis inueniri veritas ab iis qui neſciãt traditionẽ. Non enim per literas traditam illam, ſed per viuam vocem ob quam cauſam & Paulum dixiſſe: Sapientiã au-

1. Cor. 2. tem loquimur inter perfectos, ſapientiam autem non mundi huius. Et hanc ſapientiam vnuſquiſque eorum eſſe dicit, quã à ſemetipſo adinuenit fictionem videlicet, vt digne ſecũdum eos ſit veritas, aliquando quidem in Valentino, aliquãdo autem in Marcione, aliquãdo in Cherintho, deinde in Baſilide: fuit autẽ in illo qui contra diſputat, qui nihil ſalutare loqui potuit, vnuſquiſque ipſorũ omni modo peruerſus, ſemetipſum regulam veritatis deprauans prædicare non confunditur. Cum autem ad eam iterum traditionem, quæ eſt ab

Authoritas pontificum. apoſtolis, quæ per ſucceſsiones presbyterorũ in eccleſiis cuſtoditur, prouocamus eos, qui aduerſantur traditioni, dicent ſe nõ ſolũ preſbyteris ſed etiam apoſtolis exiſtentes ſapientiores, ſynceram inueniſſe veritatem: Apoſtolos autem admiſcuiſſe ea quæ ſunt legalia Saluatoris verbis. Et paulopoſt: Euenit itaq; neque ſcripturis iam, neque traditioni conſentire eos. Et capite ſequẽti. Traditionem itaq; apoſtolorum in toto mundo manifeſtatam in eccleſia adeſt perſpicere omnib⁹, qui vera volunt

ſunt audire & infra: Maxime & antiquiſsime, & omnibus cognitę à glorioſiſsimis duobus apoſtolis Petro & Paulo Romæ fundatę & cōſtitutę Eccleſiæ, eam quam habet ab apoſtolis traditionē, & annūciatam hominibus fidē per ſucceſsiones epiſcoporum peruenientem vſque ad nos indicantes, cōfundimus omnes eos qui quoquomodo vel per ſui placētiā malam, vel vanā gloriam, vel per cæcitatē & malā ſentētiam, præterq̃ oportet colligunt. Ad hāc enim eccleſiam propter potentiorē principalitatem, neceſſe eſt omnē cōuenire eccleſiam, hoc eſt, eos q̃ ſunt vndiq; fideles: in qua ſemper ab iis qui ſunt vndiq; cōſeruata eſt ea quę ē ab apoſtolis traditio. Et alio capite. Tāte igitur oſtēſiones ſumere cū apoſtoli quaſi in depoſitoriū diues, pleniſsimæ ī ea cōtulerint oīa quæ ſint veritatis, vti omnis quicūq; velit ſumat ex ea potum vitæ. Hæc eſt enim vitæ introitus, omnes enim reliqui fures ſunt & latrones, propter quod oportet deuitare quidē illos, q̃ autē ſunt. Eccleſiæ cū magna diligētiā diligere & apprehendere veritatis traditionē. Quid enim etſi q̃ de aliqua modica quæſtione diſceptatio eſſet, nonne oporteret in antiquiſsimas recurrere eccleſias in quibus apoſtoli cōuerſati ſunt, & ab eis de præſenti quęſtione ſumere quod certum & re liquidū eſt? Quid autem ſi neq; apoſtoli quidem ſcripturas reliquiſſent nobis, nonne oportebat ordinem ſequi traditionis, quam tradiderunt iis quibus

Rom. eccleſia à B. Petro & Paulo fundata.

Cap. 4.

Ioan. 10.

quibus committebant Eccleſias, cui ordinationi aſſentiunt multæ gentes barbarorũ eorum, qui in Chriſtum credunt, ſine charectere vel atramento ſcriptum habentes per ſpiritum in cordibus ſuis ſalutem, & veterem traditionem diligenter cuſtodientes? Ex quibus manifeſto liquet præ cæteris recurrẽdum eſſe ad obſeruationem Romanæ eccleſiæ pro iis quæ circa fidem emergunt, & eam inconcuſſe conſtantérque veritatem religionis tenendam quã illa prædicat & docet. Itaq; pro indubitato credendum eſt, quod poſt hanc vitã ſit purgatorium, vbi ſatisfiat pro iis culpis ſeu reatibus, de quibus non eſt plane ſatisfactum à nobis in hac via adhuc degentibus, quia Romana Eccleſia id palam prædicat, & aſſerit firmiter, tanquàm dogma verum & Chriſtianũ: immo & aliæ omnes per vniuerſum orbẽ eccleſiæ catholicæ indubitanter idem tenuerũt hactenus, quod hinc veriſsimum apparebit, ac perſuaſiſsimum nobis erit ſi reminiſci voluerimus ꝙ in omni ſancte Miſſæ ſacrificio, tam priuato quam publico, quod per totum Chriſtianiſmũ offertur beatiſsime Trinitati, oratio fiat ſpecialis pro celeriori à pœnis liberatione earum animarum quæ extra hoc ſæculum purgandæ creduntur. Siquidem in ſacro Miſſæ Canonæ aliquanto poſt Cõſecrationem precioſi corporis & ſanguinis Chriſti domini, ſic præcatur quicunque ſacrificat: Memento etiam domine famulorum, famularumque

Standum obſeruatiõi Ro. Eccleſiæ.

Ex canone Miſſæ aſtruitur purgatorium.

larumq; tuarum, qui nos præceſſerũt cum ſigno fidei, & dormiunt in ſomno pacis. Ipſis domine, & omnibus in Chriſto quieſcẽtibus locum refrigerii, lucis, & pacis vt indulgeas, deprecamur per eundem Chriſtum dominũ noſtrum, Amen. Ex quibus perſpicuè profitetur Eccleſia catholica quam de hoc articulo fidem habeat, nempe quod per ſuffragia noſtra iuuentur animæ hinc emigrantes in charitate, quæ nondum tamen integrè pro peccatis ſatisfecerunt. Nec ſolum vniuerſalis Eccleſia Latina hoc habet, ſed Grȩca quoque ſimilem pro defunctis orationem fundit in omnibus Miſſarum ſacrificiis, vt clariſsimè oſtẽdit in Miſſa quã celebrabat b. Io. Chryſoſtomus, & pariter omnes alii Græci fideles catholici. Sic ennim & ipſe orat in ſua Miſſa quam vertit Eraſmus è Græco in Latinum, in gratiam Roffenſis epiſcopi anglicani: honorabilium. Incorporalium, ſupercœleſtium, ſancti Ioannis prophetæ præcurſoris & baptiſtȩ ſanctorum glorioſorum, & omnino celebriũ Apoſtolorum, ſancti huius, cuius & memoriam agimus, & omnium ſanctorum tuorum, quorum ſupplicationibus reſpice nos Deus, & memento omnium qui dormierunt in ſpe reſurrectionis & vitæ æternȩ, & requieſcere eos facito, vbi videtur lumen vultus tui. Non eſt ergo recens inuentũ quod prædicatur de purgatione animarum poſt hanc vitam, & de acceleratione expiationis earundẽ per viuorũ

Chryſoſt.

Purgatorium non eſt recens inuentum.

preces,eleemoſynas,ieiunia,pias peregrinatio nes,ſacrificium Miſſæ, & alia id genus religioſa ſuffragia, cum iam vſus eſſet: & pia Eccleſię catholicæ conſuetudo tempore diui Chryſoſtomi,qui mortuꝰ eſt ſub Honorio & Theodoſio imperatoribus, Anno ab incarnatione dñica quadrĩgẽteſimo vndeeimo. Sãcta quoq; ceremonia illa, qua ſacerdos euangelicus ſub finem ſacroſanctæ Miſſæ diuinam hoſtiam in tres partes diuidit,atteſtatur noſtræ aſſertioni: quandoquidem vt duæ partes aſsignantur pro beatis qui iam per ſpeciem cum Chriſto domino cœleſti gloria perfectè fruuntur ac triumphant,& pro nobis adhuc in hac miſeriarum valle peregrinantibus ac militantibus: ita alia pars facit pro illis fidelibus, qui licet in gratia & charitate à viuis exceſſerint, plenã tamen ſatisfactionem nondum exoluerunt: & ideò pro his, in locis purgatoriis (donec ex integro expientur, & quouſque omnem peccatorum velut rubiginem depoſuerint aut abſterſerint) detentis, peccatorum veniam per illam ſacroſanctam oblationem obtinere poſtulat quicunque ſacerdos.

Cũ grauia. *Gregorius.* Idipſum confirmant & ſacri canones. vt canon: Cum grauia, qui habetur. 13. q. 2. ex B. Gregorio, qui interrogatus an proſit ſepultura in tẽplo, reſpõdit: Cũ grauia peccata non deprimant, tunc prodeſt mortuis ſi in Eccleſia ſepeliant: quia eorum proximi quoties ad eadem ſacra loca veniũt, ſuorumq; ſepulturã aſpi-

aſpiciunt, recordantur, & pro eis domino preces fundũt: nã quos peccata grauia deprimũt, ad maiorẽ cumulũ dãnationis, potius quàm ad ſolutionẽ eorũ corpora ponuntur. Et Ca. Non æſtimemus ex b. Auguſtino in libro de cura pro mortuis agenda: Non eſtimemus ad mortuos, pro quibus curam gerimus, peruenire niſi quod pro eis ſiue altaris, ſiue orationum, ſiue eleemoſynarum ſacrificiis ſolenniter ſupplicamus: quamuis enim non pro quibus fiunt, omnibus proſint, ſed his tãtum pro quibus dum viuunt cooperãtur vt proſint, ſed quia non diſcernimus qui ſint, oportet ea pro regeneratis omnibus facere, vt nullus eorum prætermittatur, ad quos hæc beneficia poſsint, & debeant puenire. Melius eñ ſupererũt iſta his quibus nec obſunt nec proſunt, q̃ eis deerũt quibus proſunt. Diligẽtius tamẽ facit hoc quiſq; pro neceſſariis ſuis, quo pro illo fiat ſimiliter à ſuis. Et infra: Quod vero quis apud memorias martyrũ ſepelitur, hoc tãtum videtur mihi prodeſſe defuncto, vt cõmendans eum etiam martyrum patrocinio, affectus pro illo ſupplicationis augeatur. Et ca. In præſenti, ex b. Hieronymo in epiſtolam ad Galat. ſaltẽ quoad primã canonis partẽ, ad id capitis ſexti: Vnuſquiſq; eñ on⁹ ſuũ portabit: In præſenti ſæculo ſcimus ſiue orationibus, ſiue conſiliis inuicem poſſe nos adiuuari: cũ autem ante tribunal Chriſti venerimus, nec Iob nec Daniel, nec Noe rogare poſſe

Non æſtimemus.
Auguſtinus.
Hieronymus.
In præſenti.

pro quoquam: ſed vnumquemq; portare onus ſuum. Verum hoc de impœnitētibus accipiendum eſt, de quibus Propheta dicit: Non dabit deo placationem ſuam, nec precium redemptionis animæ ſuæ, & ideò frater non redimet eum: ſed laborabit in æternū, & viuet adhuc in finem: de aliis autem intelligi nō poteſt. Et Ca. Pro obeuntibus, ex B. Gregorio papa ad Bonifacium Archiepiſcopum, quòd in pœnitentia defunctis bona proſint viuentium: Pro obeuntibus quippe conſuluiſſe cognoueris, ſi liceat pro eis oblationes offerri, ſancta ſic tenet Eccleſia, vt quiſque pro mortuis verè Chriſtianis offerat oblationes, atq; presbiter eorum faciat memoriam, & quamuis peccatis omnes ſubiaceamus, congruit vt ſacerdos pro mortuis catholicis memoriam faciat, & intercedat: non tamē pro impiis, quāuis Chriſtiani fuerint tale quid agere licebit. Et Cap. Animę, ex eodem Beato Gregorio, quod animæ mortuorum quatuor modis ſoluuntur: Aīæ defunctorū quatuor modis ſoluūtur: aut oblationibus ſacerdotum, aut precibus ſanctorum, aut charorum eleemoſynis, aut ieiunio cognatorum. Curatio verò funeris, conditio ſepulturæ, pompa exequiarum, magis ſunt viuorū ſolatia, q̃ ſubſidia mortuorum: ſi aliquid prodeſt impio ſepultura precioſa, oberit pio vilis aut nulla. Non ideò tamen contēnenda aut abiicienda ſunt corpora defunctorum, maximè iuſtorum, vbi illud etiam

Pſal. 46. *Gregorius.* *Pro obeuntibus.* *Anima. Gregorius. Animæ defunctorum quatuor modis ſoluuntur.*

etiam ſalubriter diſcitur, quāta poſsit eſſe re-
muneratio pro eleemoſynis, quas viuētibus
& ſentiētibus exhibemus, ſi neque hoc apud
Deum perit, quod exanimis hominum mem- *Tempus.*
bris officii diligentia perſoluitur. Et ca. Tē- *Auguſtinus.*
pus, ex b. Auguſtino in enchiridio, capite cē-
teſimonono, quòd ante diē iudicii ſacrificiis
& eleemoſynis mortui iuuantur: Tempcs qđ
ante hominis mortem & vltimā reſurrectio-
nem interpoſitū eſt, animas abditis recepta-
culis continet, ſicut quæque digna eſt vel re-
quie, vel ærumna; pro eo quod ſortita eſt in
carne dum viueret. Neque negandum eſt de-
functorum animas, pietate ſuorum viuentiū
releuari, cum pro illis ſacrificium mediatori
offertur, vel eleemoſynę fiunt in Eccleſia: ſed
hæc eis proſunt qui cum viuerent, hæc ſibi vt
poſteà poſſent prodeſſe, meruerunt. Eſt enim
quidam viuendi modus nec tam bonus, vt nō
requirat iſta poſt mortem: nec tam malus, vt
ei iſta poſt mortem non proſint: eſt verò talis
in bono, vt hæc non requirat, & eſt rurſus ta-
lis in malo, vt nec his valeat, cū hęc vitā tran-
ſierit adiuuari: quocirca omne hoc meritum
comparatur, quo poſsit poſt vitam releuari
quiſpiam, vel grauari. Et poſt pauca: cum ſa-
crificia altaris ſiue quarumcumque eleemo-
ſynarum pro baptizatis omnibus offeruntur,
pro valde bonis gratiarum actiones ſunt, pro
valde malis, & ſi nulla ſint adiumenta mor-
tuorum, tamen viuorum conſolationes ſunt.

Quibus autem proſunt, aut ad hoc pro ſunt vt ſit plena remiſsio, aut certè, vt tolerabilior
Quia alii. fiat ipſa damnatio. Et Ca. Quia alii, ex b. Am
Ambroſius. broſio in libro de obitu Theodoſii imperatoris, vbi aſsignatur cur certi dies in mortuorum cõmemorationẽ obſeruentur. Quia alij tertiũ diem, alij triceſimum, alij ſeptimũ, alij quadrageſimum obſeruare conſueuerunt in officiis mortuorum, quid doceat lectio con-
Gene.50. ſideremus. Defuncto (inquit) Iacob, præcepit Ioſeph pueris ſuis ſepultoribus, vt ſepelirent eum, & ſepelierunt ſepultores Irael: & completi ſunt quadraginta dies, ſic em̃ dinumerabantur dies ſepulturæ, & luxit eum ſeptẽ diebus. Hæc ergo ſequẽda ſolẽnitas eſt, quã præſcribit lectio, ſic etiam in deuteron. ſcriptum
Deut.vlt. eſt: Quia planxerunt filii Iſrael Moyſem triginta dies, & cõſummati ſunt dies luctus. Vtraque ergo obſeruatio habet authoritatem, qua neceſſarium pietatis impletur officiũ. Et 23. q. 5. Ca. Placuit, ex concilio Bracharenſi:
Placuit. Placuit vt hi qui ſibi ipſis voluntariè, aut per ferrum, aut per venenum, aut per præcipitiũ, aut per ſuſpendium, aut quolibet modo inferunt mortem, nulla prorſus pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum pſalmis ad ſepulturam eorum cadauera deducantur, multi enim ſibi hoc per ignorantiã vſurpant. Similiter & de his placuit fieri, qui pro ſuis ſceleribus moriuntur, impœnitẽtes, ſubaudiatur. Hoc canone ſit exceptio, qua inhi-

betur

betur precari pro iis qui ſibi manum inferũt, vnde conſequitur quòd pro aliis defunctis fidelibus fundenda ſit oratio:nõ fit enim exceptio, niſi ab eo quod aliàs fit. Et libro tertio decretalium Gregorii,titulo de ſepulturis,capite tertio: Fraternitatem tuam non credimus ignorare,mortuorum ſepulchra & cemiteria a pud illas Eccleſias & monaſteria ex antiquo eſſe diſpoſita, in quibus religioſorũ fratrum conuentus ſunt conſtituti,& orationes atq; Miſſarũ ſolẽnia tam pro viuis, quàm pro defunctis frequentius celebrantur.Et libro eodem,titulo quadrgeſimoprimo,de celebratione Miſſarum,capite vndecimo,quòd in Eccleſiis collegiatis debent celebrari duæ Miſſæ collegialiter,vna pro defunctis,alia ſecundum exigentiam diei &c. Cum creatura non habeat quid pro meritis reſpõdeat creatori, & infra: Mandamus (inquit Honorius papa tertius) quatenus nullum in vos torporem negligentiæ obrepere permittatis, quominus & pro anniuerſariis defunctorum, & pro feſto, vel feria,ſecundũ temporũ congruẽtiam Miſſarum ſolennia conuentualiter celebretis.Et de conſecratione diſtinct.1.Ca.Viſum,ex cõcilio Cabiloñ:Viſum præterea nobis eſt, vt in omnibus Miſſarum ſolennibus, pro ſpiritibus defunctorum loco competenti in Eccleſia ad Dominum deprecetur. Sicut enim nulla dies excipitur qua non pro viuentibus & pro quibuſlibet

Fraternitatē. *Honorius.* *Viſum.*

neceſsitatibus dominum deprecetur, ita nimi rum nulla dies excipi debet, quin pro animabus fidelium preces domino in Miſſarũ ſolemnibus fundantur. Antiquitus igitur hunc morem ſancta tenet Eccleſia, vt in Miſſarum ſolennibus & aliis precibus domino ſpiritus quieſcentium commendentur, dicente beato Auguſtino: Non ſunt prætermittendæ ſupplicationes pro ſpiritibus mortuorum, quas faciendas pro omnibus in Chriſtiana & catholica ſocietate laudamus. Defunctorum etiam tacitis nominibus eorum quos ſub generali commemoratione ſuſcepit Eccleſia: vt quibus ad iſta deſunt parentes, & filij, aut quicũque cognati vel amici, ab vna eis exhibeatur pia matre communi. In concilio Florentino, ſeſsione vltima, præſules Græci, nempe Rhutenus, Beſſariom, Trapezundenſis, ac mitylenẽſis, à ſuis ad ſummũ pontificem Eugenium quartum miſsi, inter alia, de purgatorio interrogati reſpondent: Nos pater ſanctiſsime, nullam ad hæc reſpondendi facultatẽ habemus, tamen ex nobis ipſis proferimus iuſtorum animas perfectam laureolam in cœlo iam conſecutas eſſe, ac impiorũ perpetuas penas luere: medias verò, in purgatorio eſſe, quod quidem ſiue ignis, ſiue obſcuritas, ſiue turbo, ſiue id genus aliud ſit, nõ referre. Et paulò poſt: Ioſeph miſeratione diuina Conſtantinopolis & nouæ Romæ archiepiſcopus, ac œcumenicus patriarcha: Quoniam ad extremum

Auguſtinus.

Concilium Florentinum.

vitę

vitæ meæ perueni, idcirco pro meo munere dilectis filiis benignitate Dei meam ſententiam his literis palam facio. Nam quæ domini Ieſu Chriſti catholica & apoſtolica Eccleſia Romę veteris ſentiat ac celebret, omnia me quoque ſentire credereq́ue profiteri, ac ipſis plurimũ acquieſco. Beatiſsimum autem patrum patrem, ac ſummum pontificem, Romæq́ue veteris papã, domini noſtri Ieſu Chriſti vicarium eſſe concedere, atque animarum purgatorium eſſe non inficior. Datum Florẽtiæ, die octauo menſis Iunij, mileſimo quadringenteſimo triceſimo nono. Et iterum in literis ſanctæ vnionis inter Latinam Eccleſiã & Græcam, ponitur hic articulus de purgatorio: Item ſi vere pœnitentes in dei charitate deceſſerint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commiſsis ſatisfecerint & omiſsis, eorum animas pœnis purgatoriis poſt mortẽ purgari, & vt à pœnis huiuſmodi releuentur, prodeſſe eis fidelium viuorum ſuffragia, Miſſarúmq; ſacrificia, orationes & eleemoſynas, & alia pietatis officia, quæ à fidelibus pro aliis fidelibus fieri conſueuerunt, ſecundũ eccleſię inſtituta. Quibus magno numero tunc ſubſcripſerunt antiſtes & abbates tam Græci quã Latini. In concilio autem prouinciali Senonenſi, de decretis fidei, capite duodecimo, ita habetur: Vnum illud videmus imprimis hactenus obſeruatum, ab iis qui propagandis hæreſibus animum intenderint, vt ea ſibi dicenda

Papa Chriſti vicarius.

Cõciliũ prouinciale. Senonenſe.

cenda

cenda putent, quæ maxime placitura videantur, quo prurientes multitudinis aures demulceant, & à ſeuerioribus patrum auertant inſtitutis. Hac ratione Mahometica quondam peſtis inualuit, hoc aucupio Lutherus plures illaqueat, dum ſimul cum culpa ſemper omnem cuiuſuis pœnæ temporalis reatum aboleri contendit. Purgatorium tollit, & quo laicos grauius in clericorum odium exaſperet, ſacrificia, oblationes, & omnes id genus pro defunctis orationes, recens eſſe ſacerdotum commentum impudenter aſſeuerat. Præuidit enim verſutus artifex, nihil eſſe quod effreni plebeculæ poſsit eſſe iucundius, quàm ſi facillima prorſus in cœlum prædicetur via, ſi omnis acerbe illius purgatoriæ pœnæ decutiatur metus, ſiquid habeat quod aliquo tandem prætextu ſacerdotibus impingat, ne igitur incantus forte quiſpiam vafris huiuſmodi blanditiis pellectus, errorum ſcopulis illidatur, ſacro approbante prouinciali concilio, firmiter tenendum decreuimus, culpa per pœnitentiam abolita, frequentius ſupereſſe temporalis pœnæ reatum, velut ſuperſtites quaſdam peccati reliquias, quæ per dignos pœnitentiæ fructus veniant expiandæ, adeò vt iniquitate & culpa peccati dimiſſa, peccator adhuc pœnæ temporali ſit obnoxius. Hinc murmuranti aduerſus domi-

2.Timot.4.

mi-

minum Iſraeliticæ plebi: Inde Dauid dimiſ- Nu.12.
ſam primum adulterii noxam ſcriptura com 2.Reg.12.
memorat, pro qua tamen, ſubinde pœna tem
poralis irrogata eſt. Super abundans quidem
atque exuberans eſt Chriſti ſatisfactio, cuius
plenitudinem aſſequimur, dum ſicut ſemel
tantum mortuus eſt, ita ſemel illi conſepeli-
mur per Baptiſmum. Peccata vero quæ poſt Rom.6.
baptiſmum commiſſa fuerint, pœnitentia
quidem expiantur, ſed quæ morienti Chri-
ſto non ſemper configuret. Cum autem hu-
iuſmodi pœnæ temporalis aut venialis tan- Matth.12.
tum peccati reus, repente nonnunquàm in-
tereat, de omni verbo, etiam ocioſo ratio- Apoc.21.
nem redditurus, nec illi pateat aditus in cœ-
leſtem illam Hieruſalem, in quam nihil in-
trat coinquinatum, nec item gehennæ ſub-
iaceat, quippe qui gratiæ ſit particeps, ac
pœnæ temporalis tantum debitor: fit vt pri-
um purgetur ex iis quæ geſsit in corpore, ſal-
uus tandem aliquando futurus ſic tamē qua- 1.Cor.3.
ſi per ignem, de ſua ſemper interim ſalute, ex
remanentibus in eo fide, ſpe, & charitate,
ſecurus. Neque enim ex eorum eſt numero,
quorum blaſphemia nō remittitur, neque in Matth.12.
hoc ſæculo neque in futuro, quorum ſuper- Pſal.73.
bia aſcendit ſemper: ſed eorum potius, quos
ſub terra deo laudem acclamantes, ſacer A- Apoc.5.
pocalypſis liber commemorat. Sancta igi- 2.Mach.12.

2.Mach.12. tur & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur. Nec abs re ab apoſtolis traditum, vt in tremẽdis ac viuificis myſteriis, agatur commemoratio defunctorum. Sciebant enim illis inde multum contingere lucrum, vtilitatem multam. Cum igitur tam ſanctum apoſtolorum inſtitutum, ab initio naſcentis eccleſiæ ex ſacro Dionyſio legamus obſeruatum, & in Cabylonenſi, ac pluribus ſubinde cõciliis promulgatum, quiſquis Catharorum, Armeniorum, Vvicleui, Bohemorum, Lutheri, aut Valdenſium exẽplo, hos errores cum ſacro Conſtantienſi concilio nõ damnarit, hæreticę prauitatis pœnas incurrat.

Præmiſsis ſupradictorum conciliorum, Canonum, & capitulorum authoritatibus, ſuperaddẽda ſunt teſtimonia ſacrorum doctorum, ſanctorúmque patrum ab Eccleſia approbatorum, vt in ore duorum vel trium, aut Deut.19. potius quàm plurimorum teſtium, ſtet omne verbum, hoc eſt, ita confirmetur hic articulus de purgatorio poſt viam credendo, vt inde perſuadeãtur, vel certè perſuaderi facile debeant quicunque Chriſtiani veri Eccleſiæ filij, ſi modo oppoſitam hæreſim non ſectentẽtur obſtinatiores: quatinus nihil differant in noſtram ſententiam, eandémque catholicã ex animo deſcẽdere, quicquid antea ſenſerint aliter, aut addubitauerint. Siquidem tandem aliquando reſipiſcendum eſt, ne cũ obdurato diabolo ad extremũ pereamus. Si errauimus

iuuenes

iuuenes, ſaltem emēdemur ſenes. Humanum fuerit peccaſſe, vitemus accuratiſsimè quod diabolicum eſt, ne in peccatis perſuerare velimus.

Beatus Clemens papa & martyr, epiſtola *Paſſus eſt āno* prima ad B.Iacobum fratrem domini,loquēs *domini. 103.* de beato Petro Apoſtolo: Quotidiana enim *ſub Traiano* (inquit) illius prædicatio inter cætera diuina *Imperatori.* mandata hæc erat, quā in eius exemplum etiá tibi frater chariſsime ſignificare curaui. Bonorum (inquit) operum inter cætera ſemina ac negocia ſunt, quantum vnuſquiſque ſapit, & poteſt, totius intimi cordis (vt prælibatū, eſt) viſceribus deum diligere, & proximum *Matth.22.* velut ſeipſum. Abnegare ſeipſum ſibi etiam, *Luc.9.* & infra:Omnes homines honorare,corpus cu *1.Petr.3.* ſtodire,vanas & caducas nō amplecti delicias, ieiunium, & vigilias ſanctas amare, pauperes recreare,nudos veſtire,infirmos viſitare,ſitiē-tes potare,mortuos ſepelire, & diligenter eorum exequias peragere,proque eis orare, & e- *Orationes* leemoſynas dare. *et eleemoſinæ*

Beatus Dionyſius Areopagita,in libro de *pro defunctis.* Eccleſiaſtica hierarchia, in ſecunda parte ca- *Paſſus eſt āno* pitis ſeptimi, de myſterio ſuper iis qui ſancte *domini. 96.* quieuerunt: Deinde miniſtrorum primus di- *ſub Domitia-* mittit cathecumenos, ſanctoſque iam defun- *no Imper.* ctos cōcelebrat, cum quibus & nuper functū pari laudatione proſequitur hortatúrque omnes, vt ſibi ipſis idētidem poſtulent beatam in Chriſto conſummationem.Poſtea accedēs

venerabilis

venerabilis præſul precem ſuper eo ſacratiſsimam peragit, & poſt orationem ipſe quoque pōtifex defunctū ſalutat, & poſt illū qui aſtāt omnes. Vbi vero cuncti conſalutauerunt, ſuper defuncto fundit oleum pontifex, & oratione pro omnibus facta, honeſto in loco ponit corpus cum æqualibus aliis corporibus ſanctis. Et parte terrtia eiuſdem cap. 7. Accedens deinde venerandus antiſtes precem ſacrā ſuper mortuum peragit, póſtque precem & ipſe eum præſul ſalutat, & ſuò deinceps ordine qui aſtant omnes. Præcatur oratio illa diuinam clementiam, vt cuncta dimittat per infirmitatem humanam admiſſa peccata defuncto, eúmque in luce ſtatuat, & regione viuorum, in finibus Abrahæ, Iſaac, & Iacob, vnde aufugit dolor, & triſtitia, & gemitus, & paulopoſt: Ac fortaſſe, inquies: iſta quidem rectè à nobis dici, verum ambigere cuius rei gratia præſul diuinam præcatur clementiam defuncto peccatorum veniam poſtulās, & æqualem ſanctis, ac lucidiſsimam ſortem. Si enim eorū
2.Cor.5. quæ in vita geſsit, bonorum aut malorum à diuina iuſtitia percipiet præmia: perfecit autem actiones ſuas in vita iſta defunctus, quænam hunc oratio præſulis ad aliam, præter illam quam meruit vitæ hic acte reſpondentem, transferet requiem? Non ignorò quidem, & ego diuinis eloquiis accedens, ſingulis reddendam pro meritis ſortem, conclu ſit eum dominus (inquit) apud ſe, & referet vnuſ-

vnuſquiſque ea quæ per corpus geſsit ſiue
bonum ſiue malum. Quod autem & iuſto- 2.Cor.5.
rum preces, etiam in vita iſta, & nedum
poſt mortem, iis ſolis proſint qui digni ſunt,
nos docet ſacroſancta traditio. Quid enim 1.Reg.12.
Sauli profuit Samuelis oratio? quid Hebræo- & 15.
rum iuuit plebem prophetica interpellatio?
Nam profecto idem fit, ac ſiquis ſole ſuos Hiere.14.
radios ſanis largiente oculis, ſibi oculos e-
ruens ſolaris luminis particeps fieri poſtu-
let. Sic impoſsibilium ſuperflua ſpe ille ſu-
ſpenſus eſt, qui ſanctorum flagitat preces, &
naturæ ipſorum conſentaneas ſacras opera-
tiones abigit, diuinis nequaquàm intenden-
do muneribus, & à ſanctiſsimis, beneficiiſ-
que recedendo mandatis. Itaque ſcriptu-
ræ ſacræ acquieſcens, vtiles eſſe in hac vita
dixerim ſanctorem preces, hoc modo ſcili-
cet, ſiquis ſanctorum munerum deſiderio
incenſus, ad eáque percipienda piæ affectus,
paruitatis tamen proprié conſcius, quem-
piam ſanctorum virorum adeat, oretque ſi-
bi adiutorem & præcatorem accedere, ca-
piet ex hoc omnino vtilitatem commoda
cuncta excedentem. Et paulo poſt: Quæ-
nam vero de huiuſmodi prece, quam ſuper
defuncto peragit præſul, ex diuinis ducibus
noſtris peruenit ad nos, operepræcium eſt vt
dicamus: Venerandus antiſtes (vt ſcriptura
ait) interpres eſt iudiciorum diuinorũ, ange-
lus enim domini omnipotẽtis eſt. Didicit igi- Malach.2.

tur

tur deſcripturis diuinitus traditis, vt iis qui piæ vixerunt lucidiſsima diuináque vita pro merito ab æquiſsimis lancibus redditur, non recordante diuina bonitate, per ſummam clementiam maculas, quæ illis ex humana infirmitate adhæſerunt. Nullus enim (inquit) eſt mundus à labe. Iſta quidem nouit pontifex promiſſa à ſanctis eloquiis, petit autem ea fieri donarique eis qui pie vixerunt præmia ſacra. Simul quoq; ſeipſum ad imitationes dei benignius formans, & aliorũ dona quaſi proprias expectans gratias, neque ignorans veras repromiſsiones futuras. Pręſentib⁹ etiã aperte demõſtrat quòd q̃ ab eo ſacro iure poſtulant oĩno illi conſequẽtur qui in vita diuina conſummati ſunt. Neq; enim vnq̃ peteret põtifex diuinæ in iuſtificationis prædicator, quę deo ſciret non eſſe gratiſsima, & quæ largiturum ſe ille nequaquã promiſiſſet. Quocirca prophanis vita functis non ita imprecatur.

Iob.25.

Claruit anno domini. 200. ſub Seuero Imper.

Tertullianus in libro de reſurrectione carnis: Nemo enim peregrinat⁹ à corpore ſtatim immoratur pœnes dominum, niſi ex martyrij prærogatiua, ſcilicet paradiſo, nõ inferis deuerſur⁹. Et de corona militis: Oblationes pro defunctis, pro natalitiis, annua die facimus. Et in exhortatione ad caſtitatem: Et iam repete apud deũ pro cuius ſpiritu poſtules, pro qua oblationes annuas reddas. Stabis ergo ad deũ cum tot vxoribus quot illas oratione commendas: & offeres pro duabus, & commemo-

rabis

abis illas duas per ſacerdotem de monogamia ob priſtinum de virginitate ſancitum, circundatum virginibus & vniuiris: & aſcendet ſacrificium tuũ libera frõte, & inter cæteras voluntates bonæ mẽtis poſtulabis tibi & vxori caſtitatẽ. Et libro de Monogamia: Ipſam deniq; interrogat fœminam, dic mihi ſoror, in pace præmiſiſti virum tuum? Quid reſpondebit? An in diſcordia? Ergo hoc magis ei iuncta eſt, cũ quo habet apud Deũ cauſam. Non diſceſsit quæ tenetur. Sed in pace. Ergo perſeueret in ea cum illo neceſſe eſt, quem iam repudiare non poterit, ne ſic quidẽ nuptura, ſi repudiare potuiſſet: & pro anima eius oret, & refrigeriũ interim adpoſtulet ei, & in prima reſurrectione cõſortiũ, & offerat ãnuis diebus dormitionis eius. Nã hæc niſi fecerit, viro repudiauit quãtũ in ipſa eſt: & quidẽ hoc iniquiùs, quãto quẽ potuit: q̃a non potuit, & hoc indignius, quãto iã indignius, ſi quia non meruit. Et libr. de anima. Scio fœminã quãdã vernaculam Eccleſiæ, forma & ætate integra functã, poſt vnicũ & breue matrimoniũ cũ in pace dormiſſet, & morante adhuc ſepultura, interim oratione presbyter cõponeretur, ad primum habitum orationis manus à lateribus dimotas in habitum ſupplicem conformaſſe, rurſúmque condita pace ſitui ſuo reddidiſſe.

Anniuerſaria pro defunctis, cõtra eos qui clamant eſſe recẽs inuenta.

B. Cyprianus epiſtolarũ. lib. 1. epiſtola nona: Nunc ratio & forma in clero tenetur, vt qui in Eccleſia Dñi ad ordinationẽ clericalẽ pro- mouen-

Paſſus eſt anno domini 249. ſub Valerio imper.

mouentur, nullo modo ab adminiſtratione diuina auocentur:ne moleſtiis & negociis ſecularibus alligentur, ſed in honore ſportulan tium fratrum, tanquam decimas ex fructibus accipiẽtes, ab altari & ſacrificiis non recedát, & die ac nocte cœleſtibus rebus & ſpiritualibus ſeruiant. Quod epiſcopi anteceſſores noſtri religioſe conſiderantes, & ſalubriter prouidẽtes, cenſuerũt ne quis frater excedens ad tutelã vel curã clericum nominaret, ac ſiquis hoc feciſſet, nõ offerreť pro eo, nec ſacrificiũ pro dormitione celebraretur. Neq; eñ ad altare Dei mereť nominari in ſacerdotũ prece, qui ab altari ſacerdotes & miniſtros ſuos leuitas auocare voluit. Et ideo Victor cũ contra formam nuper in concilio à ſacrdotibus datam, Geminium Fauſtinũ presbyterũ auſus ſit actorẽ cõſtituere, nõ eſt quo pro dormitione eius apud vos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine ei⁹ in eccleſia frequẽteť, vt ſacerdotũ decretũ religioſe & neceſſariè factum, ſeruetur à nobis. Et libro quarto, epiſtola ſecũda: Aliud eſt ad veniã ſtare, aliud ad gloriã peruenire, aliud miſſum in carcere non exire inde donec ſoluat nouiſsimum quadrãtẽ, aliud ſtatim fidei & virtutis accipere mercedem, aliud pro peccatis longo dolore cruciatum emũdari, & purgari diu igne, aliud pec cata omnia paſsione purgaſſe, aliud denique, pendere in die iudicij ad ſententiam domini, aliud ſtatim à Domino coronari.

Matthei 5.

Origenes

Origenes Homilia 6. in Exod: Idcirco igitũ qui ſaluus fit, ꝑ ignẽ ſaluus fit, vt ſiquid forte de ſpecie plũbi habuerit admixtũ, id ignis decoquat & reſoluat, vt efficiantũ omnes aurũ bonũ, quia aurũ terræ illius bonũ eſſe dicitũ, quã habituri ſunt ſancti: & ſicut fornax probat aurũ, ſic homines iuſtos tẽtatio. Veniendũ ergo eſt omnibus ad ignẽ, veniendũ ad cõflatoriũ. Sedet enim Dominus, & conflat, & purgat filios Iuda. Sed & illud conuenitur, ſi quis multa opera bona, & parũ aliquid iniquitatis attulerit, illud parum tanquam plumbum igni reſoluitur, ac purgatur, & totum remanet aurum purum. Et ſi quis plus illuc plumbi detulerit, plus exuritur, vt amplius decoquatur: vt & ſi parum aliquid ſit auri, purgatum tamen reſideat. Quod ſi aliquis illuc totus plũbeus venerit, fiet de illo hoc quod ſcriptum eſt: demergetur in profundũ, tanq̃ plumbum in aqua validiſsima. Et homilia 8. in Leuitic: Dicendũ primo eſt deſignari per hęc peccata, quæ in hac vita poſiti committimus, ex quibus aliqua curari nunc poſſunt, aliqua vero non poſſunt. Secundo vero, & de illis ipſis quę poſt hanc vitam nobiſcum trãſeunt, ſignificari intelligendum eſt, & eſſe in ipſis quædam ita animabus infixa, vt nequeãt abo leri: alia vero eſſe, quæ purgationẽ poſsint recipere ſecundũ inſpectionem & iudiciũ põtificis illi⁹, quẽ occulta latere nõ poſſunt: quiq; diſpẽſabit animas ſingulorũ ſecũdum hoc q̃d

Interiit anno domini, 261. ſub Valeriano et Galieno imper.
1, Corinth. 3.
Gene. 2.
Prouerb. 27.
Eccli. 27.
Malach. 3.
Exod. 15.

in eis maculas lepræ,aut expiabiles, aut inexpiabiles viderit. Et Homilia viceſimaquinta in Numeros,ſub finem:Spectat nos angelorũ chorus,virtutum cœleſtium pia erga nos pendet expectatio,quando vel quomodo de hoc prælio reuertamur,quid vnuſquiſque noſtrũ manubiarum reportet. Et intuētur curioſius, ac ſollicitius perſcrutantur, quis noſtrũ auri hinc amplius ferat,quis etiam argēti illud pō-
1.Cor.3. dus exhibeat, quóſue lapides deferat precioſos.Requirũt etiam, ſi quis æs deferat aut ferrum,aut plumbum,ſed & vas ligneum,ſi fortè
2.Tim.2. aliquis, aut fictile, aut aliud huiuſmodi magnæ domus vſibus neceſſariũ.In magna enim domo,nō ſunt tātũmodo vaſa aurea, & argētea: ſed & lignea & fictilia. Requirūt ergo diligenter, cũ abierimus illuc quid vnuſquiſq; noſtrũ deferat,& ſecũdũ ea quæ detulerit, ſecundum quod labor eius pro contēplatione exuuiarũ probabitur, etiam māſionis et meritum deputabitur. Probantur tamen omnia hæc,quæ per ignem per ignem, quæ per aquā
1.Cor.3 per aquam, vnuſcuiuſq; enim opus quale ſit ignis probabit.Propterea ergo ait:Hęc eſt iu-
Num.31. ſtificatio legis,quā cōſtituit Dominus Moyſi.Præter aurũ & argentũ, & ornamentum, & ferrum,& plumbum,& ſtānum: & omnis res quæ tranſit per ignem,traducite per ignem,& mũdabitur.Sed & in aqua purificationis purificabuntur.Omnia quæcunq; non trāſeunt per ignē,tranſibũt per aquā,& lauabitis veſtimenta

mẽta veſtra die ſeptima, & mũdi eritis, & poſt hæc introibitis in caſtra. Vides quomodo purificatione indiget omnis qui exierit de prælio vitę huius. Quod ſi aliquid eſt, vt aliquid audeã dicere ſecundũ ſcripturę diuinę authoritatẽ, omnis qui exierit de hac vita nõ poteſt eſſe mũdus. Et in Pſalmũ 36. Homilia ſecũda, ad iſtum verſum: Deſine ab ira, & relnque furorem, loquens de ira: Eſt ergo hoc peccatũ etiam vnũ ex illis quod ad ędificiũ deferet ligna, fœnum, & ſtipulam: Et neceſſe eſt huiuſmodi materias (ſicut ſcriptum eſt) per ignem probari: ita vt permaneamus tandiu donec de nobis ligna iracundiæ conſumantur, & fœnũ indignationis, & ſtipula verborum, eorum videlicet quę huiuſmodi vitiis exagitati protulimus. Et Homilia duodecima in Hieremiã ad id capitis decimiſexti: Et reddam primum duplices iniquitates &c. Quod ait, primum, ſiue non intelligẽtes quidam quod ſcriptum eſt, abſtulerunt, ſiue ſeptuaginta interpretes ſicut & cætera ſecundum diſpenſationem ſuam auferre voluerũt, Dominus viderit. Nam iſtum locum cum cæteris æditionibus conferentes inuenimus poſitum: Et retribuam illis primum duplices iniuſtitias eorum, vt oſtendatur quia etſi ex poſterioribus factis digni effecti ſunt beatitudine Dei, attamen quia aliquando peccauerunt, & humanis viciis nõ carebant, primum oportet eos recipere ſua delicta. Et vide ſi non vera ſit ratio. Quis peccata

Intellige niſi purificatus baptiſmo flu minis, flaminis, vel ſanguinis.

1. Cor. 3.

cata nõ recipit? Nempe ille qui poſt creduli-
tatem & baptiſmum audierit Dominum di-
Matth.9. centẽ: dimiſſa ſunt tibi peccata, nec vltra pec-
cauerit. Si autem poſt lauacrum & veniã deli-
ctorum, rurſus ad priſtinas ſordes fuerimus
reuerſi, & adhuc imperfecto ſenſu ab Apo-
ſtolorum veſtigiis recedentes, aut iniuſta geſ-
ſerimus aliqua, aut certè in ipſa iuſtitia ſint
aliqua nata peccata, quid nobis fiat conſide-
remus: vtrum ne egredientes de præſenti ſæcu-
lo ſi habuerimus vitia vel virtutes, recipiem⁹
pro virtutibus præmia, & dimittentur nobis
ea quæ ſcientes peccauimus: an plectemur pro
delictis neque recipiemus præmia pro virtu-
tibus? Sed neutrum horum verum eſt, quia &
pro peccatis torquebimur, & pro iuſtitia reci-
piemus præmia quæ meremur. Si enim poſt
1.Cor.3. fundamentum Ieſu Chriſti nõ ſolum in tuo
corde aurum, & argẽtum, & lapidem precio-
ſum (ſi tamen habes aliquid auri, vel argenti)
ſuperædificaueris: verum & ligna, fœnum,
& ſtipulam, quid tibi vis fieri cum anima ſe-
iuncta fuerit à corpore? vtrum nam ingre-
di vis in ſancta cum lignis tuis, cum fœno,
& ſtipula, & polluas regnum Dei? An pro-
pter lignum, fœnum & ſtipulam, foris reſi-
dere: & pro auro, argento, & lapide precio-
ſo, nihil mercedis accipere? Sed neque hoc
æquum eſt. Quid igitur ſequitur, niſi vt
primum propter ligna, ignis tibi detur, qui
conſumat fœnum, lignum, vel ſtipulam?
Deus

Deus quippe noſter apud eos qui poſſunt intelligere diuina, ignis dicitur eſſe conſumens, & cum dicat Propheta: Deus noſter ignis conſumens eſt, non appoſuit quid conſumat, tibi derelinquens de manifeſtioribus intellectum. Neque enim id quod ad imaginem & ſimilitudinem ſuam permanet, ignis iſte conſumit, non proprias creaturas: ſed ſuper ædificata ligna, fœnũ, ſtipulam. Et paulo poſt: Neceſſario appoſitum eſt, primũ. Primũ quippe propter iniuſtitias tormẽta ꝑpetimur, deinde propter iuſtitiã coronamur. Neq; enĩ è cõtrario ante tribuenda ſunt iuſta, & ſic red dẽda peccata, vt ceſſantibus bonis vitia æterna permaneãt: ſed ante recipiem⁹ mala, & deinde bona, vt ſublatis vitiis, virtutes permaneãt in æternum. Et iterũ: Omnes igitur quicunque materiam illius ignis habemus in nobis, primum recipiemus noſtra delicta. Sed di cit mihi aliquis de audientibus: Expone & id quod ſequitur: duplices iniuſtitias eorũ. Eſto quippe recipio mea peccata, vt cõpleatur id quod ab Apoſtolo dictum eſt: Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur. Ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem, cur verò duplicia recipio peccata? cui reſpõdendũ eſt, quia ſeruus qui ſcit voluntatẽ dñi ſui, & nõ fa cit eã, plagis vapulabit multis. Dignũ ſiquidẽ eſt eos, q gẽtes ſunt, ſimplicia recipere peccata, & nos duplicia, dicẽte apoſtolo: Volũtarie peccãtibus nobis poſt cognitionẽ veritatis iã

Deut. 4. & Heb. 12.
Deut. 4.
Hiere. 16.
1. Cor. 3.
Luce 12.
Heb. 10.

vltra non remanet pro peccato hoſtia,horribilis autem quædam expectatio iudicij, ignis zelus comedere habẽs aduerſarios. Et libro quinto contra Celſum,loquens de mundo quandoque conflagraturo : Nam ſingulos quibus per ignem vel pœna ſit ſimul & medicatio afferenda, ignis iſtę comburit, non tamen exurit, vt qui nihil habeant quod per ignem ſit abſumendum. Vrit autem eum, quin potius incendit,& prorſus abſumit,qui factis dictíſque & cogitatu in eam quæ tropicè ſtructura vocatur, ligna, fœnum, ſtipulámque inædificauit. Sacræ ſiquidem literæ
1.Cor.3. Malachiæ 3. tanquàm conflantis ignis & herba fullonum, venturum affirmant cuíque Dominum, qui eius curatione indigeat ob admixtam mortalibus perinde atque adulterinam & fuſilem quandam materiam à vitiis prodeuntem, indigentémque igne, qui(vt ita dixerim)diſſoluat ac fundat qui ære ſunt,ſtanno, plumbóque immixti. Et hæc quidẽ poterit quiſque, ſi velit ab Ezechiele propheta perdiſcere.
Ezech.22.et 24. Sic itaque non vt coquum aliquem ignem allaturum mundo quandoque Deum: ſed vti erga eos beneficum, qui & dolore afficiendi ſint, & igne indigeant. Quod vtique ſacris ex literis vt peccanti populo dictum in eam ſententiam comprobatur, habes carbones ignis quibus inſideas, hi erunt
Eſa.47.ſecũ dũ ſeptuag. tibi in auxilium. Et paulò poſt: Cœleſtis itaque diſciplina eos duntaxat ſine ignis & ſuppliciorum

ſuppliciorum deguſtatione permanſuros affirmat, qui purioribus ſint cum decretis, tum moribus rectè imbuti, & mentis nitore plurimum præditi: his vero qui non iſtiuſmodi fuerint, & promeritis, quæ per ignẽ infertur, pœnę diſpenſatione indigeant, ad tempus aliquod præfinitũ ait vt inferatur futurũ, quòd deum deceat illos vt inferat qui ad eius ſunt imaginem facti, & præter naturæ voluntatem quæ ad eandem imaginem conſtet, duxerunt vitam. *Gene.1.*

B. Athanaſius ad Antiochũ principẽ quæſtione.34. Quid ergo? Nũ ſentiunt aliqua beneficia etiã peccatorum animæ, cũ ſuper illis fiũt conuentus, & peractiones bonorũ operũ & oblationum? Reſponſio. Si non aliquo beneficio participarent ex illo, nõ vtique in cura & exequiis fieret commemoratio. At ſicut vitis floreſcit extra in agro, & odorẽ eius ſentit in vaſe vinum recluſum, ſicq́ue confloreſcit etiam ipſum: ita intelligimus peccatorum animas participare aliqua beneficẽtia ab exãgui immolatione & gratificatione pro ipſis facta. Sicut ſolus ordinat & pręcipit, qui viuorũ & mortuorum poteſtatem gerit deus noſter.

Moritur ãno domini. 379. ſub Valẽtiano & Valẽte Imper.

B. Ambroſius in præcatione prima præparante ad Miſſam: Rogamus etiam te ſancte pater pro ſpiritibus fidelium defunctorum, vt ſit illis ſalus æterna, ac perpetua ſanitas, gaudium, & refrigerium ſempiternum, hoc magnũ pietatis ſacramentũ. Domine deus meus, ſit

Claruit ſub Theodoſio Imper. Clementiſſimo, anno domini. 380.

ſit illis hodie maximum & plenum gaudium
Ioan.6. de te pane vino & vero, qui de cœlo deſcendiſti, & das vitam mũdo: & de carne ſancta & benedicta, agni videlicet immaculati qui tol-
Ioan.1. lis peccatũ mundi. Et potari de fonte pietatis
Ioan.19. tuæ qui per lanceã militis de latere æmanauit crucifici domini noſtri, vt conſolati exultent in laude & gloria tua ſancta. Peto domine clementiam tuam, vt deſcendat ſuper hunc panem, & calicẽ iſtũ plenitudo diuinitatis tuæ, deſcẽdat etiam domine illa ſancti ſpiritus tui forma inuiſibilis, & incomprehenſibilis ma-
Gene.15. ieſtas, ſicut quondam in patrum hoſtias de-
Iud.6.& 13. ſcẽdebat, qui & oblationes noſtras corpus &
3.Reg.18. ſanguinem tuum efficiat, & me indignum ſacerdotem tuum doceat tantum tractare myſterium, ita vt placide ac benigne ſacrificium ſuſcipias de manibus meis, ad ſalutem omniũ tam viuorum quàm defunctorũ. Et in priorẽ ad Corinthios epiſtolam, ad id capitis 3. Ipſe tamen ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem: Saluum illum futurum dixit, quia nõ interibit ſubſtantia qua conſtat, ſicut & doctrina mala peribit, quia accidens cauſa eſt. Ideo autem dixit: ſic tamen quaſi per ignem, vt ſalus hæc nõ ſine pœna ſit, quia nõ dixit: ſaluus erit per ignem, vt merito ſuo ab igni non combuſtus, ſaluus fiat examinatus per ignem. Sed cũ dicit: ſic tamen quaſi per ignem, oſtẽdit ſaluũ illum quidem futurum: ſed pœnas ignis paſſurum, vt per ignẽ purgatus fiat ſaluus, & non

ſicut

ſicut perfidi igne ęterno in perpetuũ torqueatur. Et in oratione funebri de obitu Theodoſij imperatoris, orans pro ipſo: Tu (inquit) ſolus domine inuocãdus es, tu rogãdus, vt eum (nempe Theodoſium imperatorẽ iam defunctum) in filiis repræſentes. Tu domine cuſtodiẽs etiam paruulos, in hac humilitate ſaluos facito ſperãtes in te. Da requiem perfecto ſeruo tuo Theodoſio, requiem quã præparaſti ſanctis tuis. Illo conuertatur anima eius, vnde deſcendit, vbi mortis aculeũ ſentire non poſſit, vbi cognoſcat mortẽ hãc nõ hoĩs finẽ eſſe, ſed culpæ. Et lib. 2. epiſto. epiſt. 8. ad Fauſtinũ pro obitu germanæ acerbo dolore merẽtem: Tot ſemirutarũ vrbiũ cadauera, terrarũq; ſub eodẽ conſpectu expoſita funera nõ te admonent vnius, ſanctę licet & admirabilis fœminę deceſsionẽ cõſolabiliorẽ habendã, præſertim cũ illa in perpetuũ proſtrata ac diruta ſint: hęc autẽ ad tẽpus quidẽ erepta nobis, meliorẽ illic vitã exigat. Itaq; nõ tã deplorandã quã proſequendã orationibus reor, nec iuſtificandã lachrymis tuis, ſed magis oblationibus animam eius dño cõmendandã arbitror. Et in fine ſermonis 20. In pſal. 118. Scientes in æternũ manſura iudicia omnia iuſtitiæ dei, caueamus ne opera noſtra diſpliceãt, & in ęternũ incipiam⁹ ſubire iudiciũ: nec ſi aliquid boni fecimus, reſupino ſoluamur affectu. Oẽs oportet nos ãte tribunal Xp̃i aſsiſtere, vt recipiat vnuſquiſq; q̃đ geſsit, ſiue bonũ ſit ſiue malũ. Vides q̃a & Paulus

Pſal. 114.

2. *Cor.* 5.

Paulus aſsiſtet, vt ipſe commemorat. Caue ne ligna, ne ſtipulam, ad iudicium dei tecum deferas, quæ ignis exurat. Caue ne cum in vno aut duobus habeas quod probetur, in plurib⁹ deferas quod offendat. Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur, poteſt tamē & ipſe per ignem ſaluari. Vnde colligitur quòd inde homo & ſaluatur ex parte, & condemnatur ex parte. Cognoſcētes itaque multa eſſe iudicia, opera noſtra examinemus omnia. In viro iuſto graue eſt detrimētum, graue operis alicuius incendium: in impio pœna miſerabilis.

1. Cor. 3.

Claruit ſub Theodoſio Imper. Religioſiſsimo, anno domini. 390.

Epiphanius Cypri Salamine vrbis epiſcopus, tante ſanctitatis vt ſpiritu prophetiæ meruerit illuſtrari, libro 3. tomi. primi. contra hęreſes capite. 75. contra Aerium, referens certa capita hęreſum ex mente ipſius Aerij, ſubdit: Deinde qua ratione poſt mortem nominatis, inquit, nomina mortuorum? Orat enim, inquit, viuens, aut diſpenſationem facit, quid profuerit mortuo? Si vero omnino p̄ces eorū qui hic ſunt, proſunt illis qui iſtic ſunt: Igitur nemo ſit pius, neq; boni quicq̃ faciat, ſed acquirat amicos quoſdā per quem vult modum, aut per pecunias perſuadens, aut amicis id in obitu demandans: & orēt pro ipſo vt ne quid illic patiatur, neque immedicabilia peccata ab ipſo perpetrata requirantur. Deinde confutans hanc hæreſim ipſe Epiphanius, ex ſua ſententia ſubiungit: Fortaſsis enim & ob hoc iuſtiſsimum nomē accepit, Aerium enim

ſpiritum

ſpiritum habebat ex immūdicia, quod ab aeriis ſpiritibus prauitatis, in ipſo cōtra eccleſiā habitauit. Poſtea vero de eo quod præferātur nomina vita defunctorum, quid hoc magis fuerit vtile? Quid hoc commodius, & magis admiratione dignum? quod credunt præſentes quòd hi qui deceſſerunt, viuunt: & non ſunt nulli, ſed ſunt & viuunt apud dominum: & vt piétiſsimam prædicationem recenſeam, quòd ſpes eſt orantibus pro fratribus, velut qui in peregrinatione ſint. Proſunt autem & preces pro ipſis fientes, etiam ſi totam culpam non abſcindant. Verum enim vero eo quòd nos ſæpe dum in mundo ſumus fallimur, & erramus tum inuiti, tum voluntarie, quo id quod perfectius ſignificetur, & pro iuſtis, & pro peccatoribus memoriā facimus. Pro peccatoribus quidē, miſericordiā dei implorantes; pro iuſtis vero, & patribus, & patriarchis, prophetis, apoſtolis, euangeliſtis, martyribus, ac cōfeſſorib⁹, epiſcopíſq;, & anachoretis, & ꝓ vniuerſo ordine: vt dominum Ieſum Chriſtū ab hominū ordine ſeparemus, per honorem quem ipſi exhibemus, & vt adorationem ipſi pręſtemus, illud mente voluentes quod dominus non eſt alicui homini adequatus, etiam ſi milies & vltra in iuſticia degat vnuſquiſq; homo. Et libro 3. tomi ſecundi ſub finem tractatus, vbi datur compendiaria vera doctrina, de fide catholicę & apoſtolicę Eccleſię: In his autē (inquit Epiphanius) qui vita defuncti ſunt,

ex nonne memorias faciunt,orationes ad deũ perficiẽtes, ac cultus diuinos & myſteriorum diſpenſationes.

Claruit anno domini. 390. ſub Theodoſio Imper. Ioãnes Damaſcenus in ſermone de defunctis,quod qui in fide hinc migrarũt, ſacris operationibꝰ, & viuorũ beneficiis multũ iuuẽtur:Serpẽs ille,cuius ſtudiũ eſt bona deoq; accepta opera vorare, iugulare, hoſtiléſq; dolos ſtruere : qui & fraterna charitate percellitur, fide diſrũpitur, cõpaſsiõe rotatur,vt eſt prævaricator legũ, nonnullis inſpirat figmẽtum adulterinũ, alienum, ſacríſq; cõſtitutionibus omnino aduerſum:nẽpe bona,grataq; deo opera omnia defunctis nihil prodeſſe.Cõcluſit enim deus aduerſus eos, inquit,& reportabit

2.Cor.5. vnuſquiſq; ea quæ fiunt per corpus, iuxta id quod fecit ſiue bonũ ſiue malũ. Et in inferno

Pſal.6. quis cõfitebitur tibi? Et rurſum: Quia tu red-

Pſal.61. des vnicuiq; iuxta opera ſua &: qđ ſeminauit

Galat.6. vnuſquiſq;,id & metet. Sed ô ſapiẽtes,ad vos loquor, ſcrutamini & erudimini, quia plurimus eſt timor dei dñi omniũ, ſed multo amplior bonitas:& formidabiles quidẽ minæ,incõparabilis autẽ clementia:& horrenda quidẽ ſupplicia,ineffabile autẽ miſerationũ ſuarũ pelagus.Scitis enim quid dicat diuina ſcriptura,

2.Mach.12. quõ Iudas ille Machabæus,in Siõ ciuitate re-

Pſal.47. gis magni, vt cognouit populũ ſibi ſubditũ à Paleſtinis hoſtibus occiſum, & ſcrutatione facta, inuenta idola in finibus ſuorũ,ſtatim pro vnoquoq; eorũ ad dñm,qui ad miſerãdũ facilis

lis & paratis, munera propiciatoria attulit. Sane ob ſummā religionem fraternamq́; charitatē in hoc facinore, vt in omnibꝰ aliis à diuiniſsima ſcriptura & magnificus & admirabilis habetur. Diui autē apoſtoli diſcipuli ſaluatoris, qui totū mundi circulū viuū cœpere prædicando verbum, quod ſuis oculis viderāt, in tremēdis, & impollutis, vitalibúſq; ſacramentis, memoriā eorū qui fideliter obdormierūt, habendā edixerūt. Quod adhuc firmiter, atq; adeo ſine cōtradictione cōſeruat apoſtolica & catholica eccleſia Xp̄i & dei, à finibus vſq; ad fines terrę, ab eoq́; tēpore vſq; in pręſens, & in finē mūdi vſq;. Oīno hoc neq; vane, neq; abſurde, neque temere, fortuito ve ordinatū eſt. Quæ enim Chriſtiana religio, erroris neſcia, ſuſcipit, & in tot ſæcula ſeruat incōcuſſa, minime vana ſunt, ſed vtilia, deo placita, ſalutiq́; noſtræ cōducibilia plurimū. Quocirca ꝓfundus ille, & exercitatꝰ in diuinis, Diony. vbi de defunctis arcta cōſideratione agit (vt interī ex diuinis & venerādis illiꝰ verbis, ad manifeſtiorē noſtrorū demonſtrationē aliqd adaptemꝰ) inqt Sanctorū p̄ces etiā in iſta vita, & nō tātū poſt mortē ꝓdeſſe iis ſolis q digni ſunt, vt ꝓ eis ſancte p̄ces fiāt, nēpe fidelibꝰ. Vbi p id qđ ait: Nō tātū poſt mortē, nihil aliud intelligendū quā q̄tomagis poſt mortē. Et poſt pauca: Neq; enim vnq̄ poſtularet ſacer preſul q diuine iuſtificationis eſt doctor, quæ deo ſciret nō eſſe gratiſsima, & quæ largiturum eſſe ille nequaquā

Apoſtoli inſtituerūt orare pro mortuis.

B. Diony. de eccleſi. hierarch. c. 7.

nequaquàm promiſiſſet. Et ideo pro prophanis, & baptiſmate non illuſtratis ſi defuncti fuerint, preces eas nõ facit. Et iterum: Sanctus itaque antiſtes petit quæ diuinitus &c. Vides aduerſariè, quo pacto cõfirmet preces pro his qui in ſancta ſpe defuncti, eſſe apprime vtiles. Deinde in hanc rem citat idem Damaſcenus Gregorium Nazianzenum, & diuum Chryſoſtomum, ac Gregorium Nyſſenũ. Et multo poſt: Hoc eſt quod miſericordiſsimum deum magnopere oblectat & lætificat, ſi in iuuando proximo ſinguli ſtudioſi fuerimus. Hoc etiã eſt quod vult ac conſulit miſericors deus, vt vicíſsim nos tam in q̃ vita, poſt mortem beneficiis proſequamur. Niſi enim hoc oculis ſuis rectum feret, nunquàm occaſionẽ dediſſet habende memoriæ defunctorum in ſacrificio illo incruẽto: ſed neq; triceſimorũ, Quadrageſimorum, & anniuerſariorum, quæ nunc inconcuſſa & certiora quàm de quibus iudicandum ſit, apoſtolica catholicáque Eccleſia, ac populus à domino collectus, pietatíque deditus, abſque omni contradictione cuſtodit. Profecto ſi friuolum & inutile opus foret, cum tot ſancti diuinóque ſpiritu pleni patriarchæ, patres, ac doctores fuerint, vtique aliquis eorum ad errorem eiuſmodi ſopiẽdũ incubuiſſet. At tãtum abeſt, ne quis vnquam ſubuertere tentarit, vt cõfirmarit etiam, quotidiæq; magis ac magis huic operi ſtudeatur, incrementúmque adiiciatur incremento. Et infra:

Anniuerſariorum obſeruatio.

infra: Inſuper & Athanaſius in ſermone illo *b. Athanaſius*
vndecunque concinno, quem in eos qui ob-
dormierunt ſcripſit, ſcite dicit: Siquis diem
obierit, licet in aerem deponatur inhumatus,
ne omiſeris oleum & ceram inuocato Chri- *Cerei pro de-*
ſto Deo ad ſepulchrum accendere. Accepta *functis.*
enim Deo ſunt, plurimámque ſecum referũt
retributionem. Oleum enim & cera, holocau-
ſtum eſt: Incruẽtæ autem hoſtię oblatio, pro-
piciatio eſt. Quod vero in pauperes colloca-
tur beneficiũ, omnis bonæ retributionis aug-
mentum. Itaque pro defuncto oblaturus, eũ-
dem ſeruet ſcopum, quẽ qui pro paruulo fi-
lio adhuc imbecillo & infante. Interim enim
dum puer ægrotat, affert ceram, oleum, & thi-
miama in templum Domini, magna fide, & a-
ſcendit pueri nomine. Neque enim puer hoc
faceret vel poſſet, cum ignoret diuinæ rege-
nerationis conſtitutiones. Sic cogitet etiã eũ
qui in Domino mortem obiit, & poſſe & af-
ferre ceram, oleum, & cætera quæ in redem-
ptionem offerri ſolẽt. Quod ſi hac ratione &
fide obtulerit, eius gratia nõ vndique diuina
gratia priuabitur. Apoſtoli enim Dei prædi-
catores, & magiſtri ſacrificiorum curatores,
aliíque patres ſacro afflati numine, & partici-
pes virtutis animum excedere facientis, ſecũ-
dum quod fas erat, & acceptum Deo, diuino *Apoſtoli do-*
ore annunciauerũt operationes ſacras, & pre- *cuerũt orare*
ces, & pſalmos, anniuerſariáſque defunctorũ *pro defũctis.*
memorias, & quæcunque vſque in hodiernũ

diem gratia benigniſsimi Dei augentur, incrementumq́ue accipiũt ab ortu Solis vſque ad occaſum, & à ſeptentrione & meridie, in glo-
Apoc.17. riam & laudẽ Dei domini dominorũ & regis regnantium, Et iterum: Vtinam mihi, amiciſque meis contingat, vt quãtum poſsibile eſt, & nullis omnino dimiſsis reliquiis me ipſum adiuuem. Sin imperfectiorem mors anteuertat, oro dominum alioqui miſericordiſsimũ, inflectat & accendat propinquorum amicorúmque meorum animos & corda, vt bonis ac Deo gratis operibus, quàm promptiſsimè mihi opitulentur, & ſi vt homo quid intermiſero, poſt mortem propter me adimplere curent. Etiam obſecro, domine, mirabiliũ deus, & inopũ locupletator, ne quid reliqui quod expendi oportebat ſine magnum ſiue parum, penes me vel omnes qui in te confidunt, in
B.Cyhrſoſt. aduentu tuo inueniatur. Sic enim Chryſoſtomus ille diuino pollens eloquio, cuius ſupra mentionem feci, manifeſte docendo clamat. Et in libro de hæreſibus: Aeriani ab Aerio pontico dicti ſunt, qui etiam nunc tentat vitam. Fuit autem ſacerdos Euſtachii epiſcopi eius cui Arianæ hęreſeos crimen obiectum eſt, filius. Cumque ſibi epiſcopatũ denegatũ videret, multa contra eccleſiam docere inſtituit, Arianorum nulli ſecundus. Adiecit autem quædam de ſuo. Negat enim quicquam offerendum eſſe pro mortuis. Ieiunium feria quinta & ſexta & quadraginta diebus ſer-
uari

uari, & paſcha celebrari prohibet &c.

Gregorius nicenus in ſermone de defun-ctis: Si quis in hac labili vita peccata purgare minus potuit, poſt tranſitum hinc, per purgatorii ignis conflationē citius magis ac magis, fidelis ſponſa ſponſo dona & hoſtias in paſsionis memoriam offert pro filiis, quos ipſi ſponſo, verbo & ſacramento rei præclarę genuit, pœna alacriter expeditur, ſecundum quod prædicamus, dogma veritatis ſeruātes, ita & credentes. *Vt citat divus Thomas in opuſculo contra errores Græcorū.*

Theodoricus epiſcopus Cyrenſis is eſt cuius hiſtoria nunc tripartitæ hiſtoriæ inſerta eſt, ſuper id primæ Corinthiorū tertio, Si cuius opus arſerit &c. Dicit Apoſtolus quòd ſaluabitur, ſic tanquam per conflatorium ignem, purgantem quicquid interuenit per incautelam pręteritæ vitæ, ex puluere ſaltem pedum terreni ſenſus, in quo tandiu manet, quādiu quicquid corpulentiæ & terreni affectus inhæſit, purgetur. Pro quo mater Eccleſia hoſtias & dona pacifica deuotè offert. Et ſic per hoc mundus, inde prius exiens, Domini Sabaoth puriſsimis oculis immaculatus aſsiſtit. *Vt idem Thomas citat vbi ſupra. Claruit tēporibus Theodoſii imperat. anno Domini, 390.*

B. Chryſoſtomus in caput nonum, Beati Matthæi, Homilia 32. Cur defunctum exaggitas? cur committis vt timeant mortem alij atque formident? Cur cauſam præbes vt nōnulli Deum incuſare audeant, quòd mala nobis tanta innexerit? Imo vero cur poſt mortē *Moritur ſub Honorio & Theodoſio imper. anno Domini. 411.*

tuorum,pauperes cõuocas? Cur presbyteros, vt pro eo velint orare,obſecras? Non ignoro te reſponſurum:vt defunctus requiem adipiſcatur,vt propicium iudicem inueniat: his ergo de rebus flendum atque vlulandum arbitraris? nónne vides quàm maximè tibi ipſe repugnas? Et in fine Homiliæ 84.in b. Ioannem: Quam habebimus excuſationẽ cum corpus tabe & vermibus mox conſumendum ornamus,Chriſtum eſurientem,nudum,errantem contemnimus? Ceſſemus quæſo, ab hac inſana diligentia: ſed eam morientium curam habeamus,quæ & nobis,& illis conferat ad gloriã Dei.Largas pro his eleemoſynas faciam⁹, mittamus eis pulcherrima viatica. Nã ſi memoria clarorum virorũ qui mortui ſunt prodeſt viuẽtib⁹:Protegã,inquit,hãc ciuitatẽ ꝓpter me & ꝓpter dauid ſeruũ meũ,lõge magis

4.Reg.19. eleemoſyna id faciet. Hæc mortuos ſuſcitauit,qñ circũſteterũt viduæ oſtẽdẽtes quę fecerat ipſis Dorcas. Cũ ergo moriendũ ſit,quiſque funus ſibi paret, perſuadeátq; vt indigentibus aliquid relinquat. Nam ſi reges hæredes ſcribẽtes,familiaribus partẽ relinquũt in puerorũ cautionẽ:cum Chriſtũ cohæredẽ filiis tuis dimittis,Intellige quãtam tibi & illis cõcilias beneuolentiã. Hęc ſunt funera pulcherrima,hæc & remanentibus & obeũtibus proficiunt.Et in Acta Apoſtolorum Homilia 21. de mortuo qui malè vixit: Dic, oro, ſi quis mercenarius factus vigiti annos ꝑdat fruſtra,

Act.9.

non

non plorabit & lachrymabitur, & videbit̃ om niũ miſerrimus? Et hic quantum vitæ fruſtra inſumpſit? neq; vnũ diem vixit ſibi: ſed voluptati, luxurię, auaricię, peccato, diabolo. Hoc igitur nõ plorabimus? dic, oro, nõ tẽtabimus nos ab his periculis eripere? Eſt enim ſi voluerimus, illi leue facere ſuppliciũ. Itaq; ſi preces pro illo faciamus cõtinuas, ſi eleemoſynã damus, & ſi illæ indignus ſit, nobis Deus placatior erit. Si per Paulum alios ſeruauit, & per alios aliis parcit, quomodo nõ & propter nos iſtud ipſum faciet? Ex illius opibus, ex tuis, vnde volueris, iuua: inſtilla oleum, ímo aquã: non poteſt ſuas eleemoſynas oſtentare, licet cognatorum. Non habeat eas quæ factæ ſunt à ſe tametſi factas pro ſe. Ita cum fiducia illũ deprecabitur tunc mulier precium redemptionis pro illo deponẽs: quo pluribus peccatis fuit obnoxius, hoc magis opus eſt illi eleemoſyna. Nõ propter hoc autẽ ſolũ, ſed quòd neque æqualem habet vim nunc, ſed multò minorem. Non eſt autem par, quod quis ipſe facit, & quod per alium facit. Itaque cum minor ſit, ita multitudine maximam faciamus illam, non circa monumenta, non circa ſepulchra occupati ſumus. Aſsiſce viduas. Hęc erit ſepulchralis cura maxima. Dic nomen, omnes iube pro illo facere ſupplicationes & preces, placabit hoc Deum, etiã ſi non ab ipſo factum ſit, ſed propter illum alius author fuit eleemoſynæ. Et hoc dogma eſt diuinę miſericordię. *Act. 27.*

Et infra: Nõ fruſtra oblationes pro defunctis fiunt, non fruſtra preces, non fruſtra eleemoſynæ: Hæc omnia ſpiritus diſpoſuit, volens vt nos mutuum iuuemus. Vide enim vtilitatem. Accipiet ille per te, & tu per illum, contemptis opibus inductus ad faciendũ aliquid generoſum: & tu illi ſalutis, ipſe vero tibi eleemoſynæ factus eſt author. Ne dubita, quia erit aliquis fructus ſuauis. Nõ ſimpliciter miniſter clamat ꝓ his qui defuncti ſunt in chriſto, & pro his qui illorum memoriam faciũt. Et iterum: Hæc ſcientes, conſideremus quantas conſolationes poſſumus mortuis pro lachrymis, pro lamẽtis, pro monumẽtis ꝑſtare: nẽpe eleemoſynas, ꝑces orationes, vt & illi, & nos aſſequamur pręmiſſa bona, gratia & miſericordia vnigeniti filii, cũ quo patri ſimul ſanctoque ſpiritui gloria, imperium, honor, nũc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen. Et in priorem ad Corinthios epiſtolam, in caput decimumquintum Homilia quadrageſimaprima: Abierit peccator ſane, gaudere decet peccata impedita eſſe, & nõ accumulatum malum, nitíque quantum fieri poteſt, vt iuuetur, non lachrymis, ſed prece, ſupplicationibus, eleemoſynis, oblationibus. Nõ eſt temere hoc excogitatum, nec fruſtra memoriã mortuorum inter ſacra myſteria celebramus, aut accedimus, pro iſtis agnum illum iacentem, & peccata mundi tollentem deprecantes, ſed vt his conſolatio hinc aliqua fiat. Nec temere

Ioan.1.

qui

qui altari aſsiſtit, inter horrenda myſteria clamat: Pro omnibus in Chriſto dormientibus, & pro his qui memoriam celebrant illorum. Nam nunquam iſta fiant, neque hæc dicantur, ſi pro illis commemorationes non fierent. Neque enim ſcena iam amplius noſtra ſunt, ſed ſpiritus ordinatione fiunt. Opitulemur igitur his fratres, memoriam pro ipſis faciamus. Nam ſi Iob illius liberos, patris victima purgauit: quid dubites, è nobis quoque ſi pro dormientibus offeramus, ſolatij quoddam illis acceſſurum? Gratificari Deus propter alios aliis ſolet, quòd Paulus hic oſtendit: vt ex multis (inquit) perſonis pro dono in nos collato, per multos gratiæ pro vobis agantur. Ne defatigemur mortuis auxiliũ ferendo, preces pro ipſis offerendo, communis totius orbis victima preces ſunt. Hîc pleni fiducia pro toto etiam orbe ſupplicamus, inter martyres, inter confeſſores, inter ſacerdotes, mortuos recenſemus. Vnum enim corpus omnes ſumus, ſint membra licet alia aliis illuſtriora, vndique veniá ipſis impetrare licet, precibus pro ipſis effuſis, muneribus datis, conſortio eorũ, inter quos velut cõmune corpus referuntur. Quid ergo debes, quid lachrymaris, cum impetrandæ mortui veniæ tot extent rationes? Et in epiſtolá ad Philippenſes, ſub finem ſermonis 3. Non fruſtra ab apoſtolis ſancitum eſt, vt in celebratione venerãdorũ myſteriorũ, memoria fiat eorũ qui hinc

Iob.1.

2.Cor.1.

1. Cor.10.

Apoſtoli ſanxerunt fieri memoriam mortuorũ in Miſſa.

hinc diceſſerunt. Nouerũt illis multum hinc emolumenti fieri, multum vtilitatis. Stante ſiquidem vniuerſo populo manus in cœlos extendẽte, cetu itẽ ſacerdotali, verendoq; poſito ſacrificio, quomodo Deũ nõ placaremus pro iſtis orantes? Et lib. 6. de ſacerdotio: Eum eñ qui ꝓ ciuitate tota, quid dico ciuitate? Immo vero pro vniuerſo terrarũ orbe legatus intercedit, deprecatórq; eſt apud deũ, vt hominũ omniũ non viuentiũ modo, ſed etiã mortuorum peccatis propicius fiat, qualẽ quæſo eſſe oportet? Et Homil. 69. ad populũ Antiochenũ, quòd peccatores lugendi ſunt viuentes & mortui, & quod multũ defunctis proſunt eleemoſynæ, & officia ꝓ eis exhibita. Hos lugeamus, poſt hos pro viribus clamemus, excogitemus eis aliquid ſolatii, minimum quidem, clamemus tamen. Qualiter, & quónã modo? Orãtes, & alios precãtes, vt pro eis deprecenẽ, ꝓ eis pauperib⁹ largiẽtes cõtinuè. Habet hæc res aliquã cõſolationẽ, audi nanq; deũ dicẽtẽ: Protegã ciuitatẽ iſtã ꝓpter me, & propter Da- *4. Reg. 19.* uid ſeruũ meũ. Si iuſti dũtaxat memoria tãtũ potuit, cum & opera pro ipſo fuerint, quãtũ nõ valebit? Nõ temere ab Apoſtolis hęc ſancita fuerũt, vt in tremẽdis myſteriis defunctorũ agaẽ commemoratio, ſciunt enim illis inde multũ cõtingere lucrum, vtilitatẽ multã. Cũ enim totus conſtiterit populus extenſis manibus, ſacerdotalis plenitudo, & tremendum ꝓponãt ſacrificiũ, quomõ deũ nõ exorabim⁹

Inſtitum ab Apoſtolis vt pro defunctis oraretur.

pro

pro his deprecantes?Sed hoc quidē de his qui cum fide migrarunt.

B.Hieronymus,in epitaphio Paulæ ad Euſtochium:Ex hinc non vlulatus,nō planctus, vt inter ſæculi homines fieri ſolet, ſed pſalmorū linguis diuerſis examina concrepabāt. Tranſlatáque epiſcoporum manibus, & ceruicem feretro ſubiicientibus, cum alij pontifices lampadas, cereóſque prēferrēt, alij choros pſallētium ducerēt, in media eccleſia ſpeluncæ ſaluatoris eſt poſita.Et paulo poſt:Hebræo,Græco,Latino,Syróque ſermone pſalmi in ordine perſonabant, non ſolum triduo donec ſubter Eccleſiam & iuxta ſpecum domini conderetur,ſed per omnem hebdomadā cunctis qui venerunt ſuum ſumus& proprias credentibus lachrymas.Et ad Oceanū,in epitaphio Fabiolę:Quātū haberet viuētis Fabiolæ Roma miraculū,in mortua demonſtrauit. Nec dum ſpiritum exhalauerat, nec dū debitam chriſto reddiderat animam, Et iam fama volans tanti prænuncia luctus, totius vrbis populum ad exequias congregabat. Sonabāt pſalmi,& aurata templorum, reboās in ſublime quatiebat Alleluya.Hic iuuenum chorus, ille ſenum, qui carmine laudes fœmineas, & facta ferant. Et libro 2. aduerſus Iouinianū, tractās illud 1.Cor.3.Si cuius opus arſerit &c. Si is cuius opus arſit & periit, & damnū ſuſtinuit laboris ſui,perdet quidē laboris premiū, ſed ipſe ſaluabitur,non tamen abſque probatione

Moritur anno domini 442. ſub Honorio & Theodoſio Imper.

Faces et cerei in funere.

tione ignis;ergo is cuius opus manſerit,quod ſuperedificauit ſine ignis probatione ſaluabitur,& inter ſaluationẽ & ſaluationẽ vtique erit diuerſitas aliqua.Et in Eſaiã, ad id capitis vltimi: Et ignis eorum nõ extinguetur: Ignis quoq; iuxta id capiendus,ꝗ & vermis,qui tãdiu ſuccenditur quandiu habet materiã quo vorax flamma paſcatur. Siquis igitur habeat in cõſcientia ſua zizania,quæ inimicus homo
Matth.13. dormiente patrefamilias ſuper ſeminauit,hæc ignis exuret,hæc vorabit incendiũ.Et omniũ ſanctorum oculis eorum ſupplicia monſtrabũtur,qui pro auro,& argento, & lapide precioſo,ædificauerunt ſuper fundamentũ domi
1.Cor.3. ni,fœnum,ligna,ſtipulã,ignis pabulum ſempiterni. Et paulo poſt.Sicut diaboli & omnium negatorũ & impiorum,qui dixerunt in corde ſuo:Non eſt deus,credimus æterna tormenta,
Pſal.13. ſic peccatorũ atq; impiorum, & tamen Chriſtianorum quorum opera in igne probanda ſunt atque purganda,moderatam arbitramur & mixtam clementiæ ſententiam iudicis. Et in Prouerbia ad illud capitis vndecimi:Mortuo homine impio, nulla erit vltra ſpes: Notãdum autẽ quod & ſi impiis poſt mortẽ ſpes venie nõ eſt: ſunt tamẽ qui de leuioribus peccatis cum quibus obligati defuncti ſunt, poſt mortẽ poſſunt abſolui vel pœnis videlicet caſtigati,vel ſuorũ precib',& eleemoſynis,Miſſarũq; celebrationibus: ſed hæc quibuſcunq; fiũt,& ante iudiciũ,&de leuiorib' fiũt erratis.

B.Augu-

B. Auguſtinus in Enchiridio ad Laurentiũ capitibus. 68. & 69. tractãs locũ illum 1. Cor. 3. Si cuius opus arſerit, detrimẽtum patietur, ipſe autem ſaluus erit, ſic tamẽ quaſi per ignẽ: iſte ignis (quem dixit eſſe tentationem tribulationis) in hac interim vita facit quod apoſtolus dixit, ſi accidat duobus fidelib⁹, vni videlicet cogitãti quæ dei ſunt, quomodo placeat deo, hoc eſt, ædificãti ſuper Chriſtũ fundamentum aurum, argentum, lapides precioſos: alteri autem cogitãti ea quæ mundi ſunt, quomodo placeat vxori, id eſt, ædificanti ſuper idem fundamentum ligna, fœnum, ſtipulam. Illius enim opus non exuritur, quia non ea dilexit quorũ amiſsione crucietur. Exuritur autẽ opus huius, quoniã ſine dolore non pereunt quæ cum amore poſſeſſa ſunt. Sed quoniam alter vtra conditione propoſita, eis potius carere malit quàm Chriſto, nec timore amittendi talia deſerit Chriſtum, quanuis doleat dum amittit, ſaluus eſt quidem, ſic tamen quaſi per ignem. Quia vrit eum rerum dolor quas dilexerat amiſſarum, ſed non ſubuertit, neque conſumit fundamenti ſtabilitate atque incorruptione munitum. Tale aliquid etiam poſt hanc vitam fieri incredibile nõ eſt, & vtrum ita ſit, quæri poteſt, & aut inueniri aut latere nonnullos fideles per ignem quendam purgatorium, quanto magis minus ve bona pereuntia dilexerũt, tanto tardius citiuſq; ſaluari: nõ tamen tales de quibus dictũ eſt,

Moritur anno domini. 433. ſub Theodoſio & Valentiniano Imper.

1. Cor. 7.

Eadẽ habet b. Aug. in lib. de 8. quæſtionibus Dulcitii c. 68.

Galat.5. eſt, quòd regnũ dei non poſsidebunt, niſi conuenienter pœnitẽtibus eadem crimina remittantur. In eodem autẽ Enchiridio capite. 110. amplius manifeſtat bona viuentiũ opera prodeſſe defunctis, dicens: Neque negandum eſt defunctorum animas pietate ſuorum viuẽtiũ releuari, cum pro illis ſacrificium mediatoris offertur, vel eleemoſynæ in eccleſia fiunt. Sed eis hæc proſunt qui cum viuerent, vt hæc ſibi poſtea prodeſſe poſſent, meruerunt. Eſt enim quidam viuendi modus nec tam bonus, vt nõ requirat iſta poſt mortem: nec tã malus vt eis nõ proſint iſta poſt mortem. Eſt vero talis in bono vt iſta non requirat, & eſt rurſus talis in malo, vt nec his valeat cum hæc vita trãſierit, adiuuari. Quocirca hic omne meritum comparatur, quo poſsit poſt hanc vitam releuari quiſpiam vel grauari. Non igitur iſta quę pro defunctis commendandis frequẽtat eccleſia, illi apoſtolicæ ſunt aduerſa ſententiæ, qua dictum eſt: Omnes enim aſtabimus ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque ſecũdum ea quę per corpus geſsit, ſiue bonum ſiue malum: quia etiam hoc meritum ſibi quiſque cũ in corpore viueret, comparauit, vt ei poſſent iſta prodeſſe, non enim omnibus proſunt. Et quare non omnibus proſunt, niſi propter differentiam vitæ quam quiſque geſsit in corpore? Cum ergo ſacrificia ſiue altaris, ſiue quarumcunque eleemoſynarũ pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro valde bonis,

Eadẽ habet B. Auguſt. li. de 8. quæſtionibus ad Dulcitium. q. 2.

2. Cor. 5.

gratiarum

gratiarum actiones ſunt:pro non valde malis, propitiationes ſunt:pro valde malis, etſi nulla ſunt adiumenta mortuorum, qualeſcunq; viuorum conſolationes ſunt. Quibus auté proſunt, aut ad hoc proſunt vt ſit plena remiſsio, aut certe tolerabilior fiat ipſa dãnatio. Et ſermone.17.de verbis apoſtoli ad id Romanorũ 6.Humanum dico propter infirmitatem carnis veſtræ: Perfectio in hac vita nonnulla eſt, ad quam ſancti martyres peruenerunt, ideoq; habet Eccleſiaſtica diſciplina quod fideles nouerunt, cum martyres eo loco recitantur ad altare dei, vbi non pro ipſis oretur, pro cæteris autem cõmemoratis defunctis oretur. Iniuria enim eſt pro martyre orare, cui⁹ nos debemus orationibus commendari. Et ſermone.32.ad illud. 1. Theſſalonicenſium.4. Nolo vos ignorare de dormientibus &c. Pompa funeris, agmina exequiarum, ſumptuoſa diligẽtia ſepulturæ, monumentorúmque opulenta conſtructio, viuorum ſunt qualiacunque ſolatia, nõ adiutoria mortuorum. Orationibus vero ſanctæ eccleſiæ, & ſacrificio ſalutari, & eleemoſynas quæ pro eorum ſpiritibus erogantur, non eſt dubitãdum mortuos adiuuari, vt cum eis miſericordius agatur à domino, quàm eorum peccata meruerunt. Hoc enim à patribus traditum obſeruat vniuerſa eccleſia, vt pro eis, qui in corporis & ſanguinis Chriſti communione defuncti ſunt, cum ad ipſum ſacrificium loco ſuo commemorãtur, oretur:

B. *Martyres pro nobis orant.*

oretur:ac pro illis quoque id offerri commemoretur: Cum vero eorum commẽdandorũ cauſa opera miſericordię celebrantur, quis eis dubitet ſuffragari, pro quibus orationes deo non inaniter allegantur? Non omnino ambigẽdum eſt iſta prodeſſe defunctis, ſed talibus qui ita vixerint ante mortẽ, vt poſsint eis hæc vtilia eſſe poſt mortem. Ná qui ſine fide, quæ
Galat.5. per dilectionem operatur, eiúſq; ſacramentis, de corporibus exierunt, fruſtra illis à ſuis huiuſmodi pietatis impenduntur officia, cuius dum hic eſſent pignore caruerunt, vel non ſuſcipientes, vel in vacuum ſuſcipientes dei gra-
2.Cor.6. tiam, & ſibi nõ miſericordiam theſauriſantes,
Rom.2. ſed iram. Nõ ergo mortuis noua merita cõparantur cum pro eis boni aliquid impendũt ſui, ſed eorum præcedentibus conſequentia iſta reddũtur. Non enim dictum eſt, niſi cum hic viuerent, vt eos hæc aliquid adiuuarent, cum hic viuere deſtitiſſent. Et ideo iſtam finiẽs quiſque vitam niſi quod meruit: in ipſa non poterit habere poſt ipſam. Et paulo poſt: Verum illa quæ adiuuent ſpiritus defunctorum oblationes, orationes, erogationes, multo pro eis obſeruãtius, inſtãtiũs, abundãtius, impendãt qui ſuos carne, nõ ſpiritu mortuos non ſolum carnaliter, ſed etiam ſpiritualiter amant. Et libro quinquaginta homiliarũ, de reſurrectione domini, & cãtatione Alleluya, homilia. 16. Fœlices qui nunc bene viuentes, facultatibꝰ vel corpori ſuo neceſſariis cõtẽti,

&

& de ſuo largi,in ſe caſti,in alios non cruenti, ab huius putei profundi flammea nocte ſe redimunt.Hæc pœna illos manebit, qui amiſſo & nó reparato per pœnitentiam baptiſmo, in æternũ peribunt. Ad quos dicitur: Paleas autem cõburet igni inextinguibili.Hi vero qui Matth.3. temporalibus pœnis digna geſſerunt, de quibus apoſtolus dicit: Si cuius opus arſerit, detrimẽtum patietur, ipſe autem ſaluus erit ſic 1.Cor.3. tamen quaſi per ignem, per fluuium igneum, & vada feruẽtibus globis horrenda tranſibũt. Quanta fuerit peccati materia, tanta & pertranſeundi mora. Quantum exegerit culpa, tantum ſibi ex homine vendicabit quædam flammæ rationabilis diſciplina. Et quantum ſtulta iniquitas ſuggeſſerit, tantum ſapiens pœna deſeuiet. Et quia ſermo diuinus quodam loco ænæe olle animam peccatricem cóparat,dicens:Pone ollam ſuper prunas vacuá, donec concaleſcat aes eius, & omne ſtannum Ezech.24. eius defluat: illic ſermones ocioſi, & cogitationes inique vel ſordide, illic multitudo leuium peccatorum, quæ puritatem nobilis naturæ infecerant, exundabunt:illic ſtannum vel plumbum diuerſorum ſurrepentiũ delictorum, quę diuiná imaginem obſcurauerát, cõſumẽtur: quæ omnia hic ab anima ſeparari per eleemoſynas& lachrymas,cõpédioſa tráſactione potuiſſent. Ecce ſic exigere habet ab homine rationé qui ſeipſum ꝓ hoĩe dedit, & cõfixus clauis,legi mortis ſe iũxit.Quæ cũ ita

ſint,

ſint, dilectiſsimi, intelligamus quia effugere intoleranda ſupplicia & incendia æterna non poterunt, niſi qui prius in ſe ignem carnalis concupiſcentiæ, ac multimode cupiditatis extinxerint. Et in ſermonibus de ſanctis, ſermone.4. In die commemorationis animarum fidelium, de igne purgatorij ad illud, 1. Cor.3. Siquis ædificat ſupra fundamentum hoc aurum argentum, &c. Multi ſunt qui lectionem iſtam male intelligentes, falſa ſecuritate decipiuntur, dũ credunt quod ſi ſupra fundamẽtum Chriſti capitalia crimina ædificent, peccata ipſa per ignem tranſitorium poſsint purgari, & ipſi poſtea ad vitam perpetuam peruenire. Intellectus iſte fratres chariſsimi, corrigendus eſt, quia ipſi ſe ſeducunt qui taliter ſibi blandiuntur. Illo enim tranſitorio igne (de quo dixit apoſtolus) ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem, non capitalia, ſed minuta peccata purgãtur. Et paulo poſt, enumeratis videlicet criminibus capitalibus: Quicunque enim aliqua de iſtis peccatis in ſe dominari cognouerit, niſi digne ſe emẽdauerit, etſi habuerit ſpacium longo tempore pœnitẽtiam egerit, & largas eleemoſynas erogauerit, & à peccatis ipſis abſtinuerit, illo tranſitorio igne, de quo ait apoſtolus, purgari non poterit: ſed æterna illum flamma ſine vllo remedio cruciabit. Et infra, poſt enumerationẽ ſeu declarationem peccatorũ minutorũ: Quicquid enim de iſtis peccatis à nobis redemptũ non

1.Cor.3. (margin, beside "bi blandiuntur")

1.Cor.3. (margin, beside "terit: ſed æterna")

non fuerit, illo igne purgãdum eſt, de quo dixit Apoſtolus: quia in igne reuelabitur. Et ſi cuius opus arſerit, detrimẽtum patietur. Aut enim dum in hoc mundo viuimus, ipſi nos per pœnitentiam fatigamus, aut certè volente aut permittente Deo multis tribulationibus pro iſtis peccatis affligimur, & ſi Deo gratias agimus, liberamur. Quod ita fit, ſi quoties maritus aut vxor, aut filius moritur, vel ſi ſubſtãtia à nobis pluſquam oportet amatur, aufertur. Licet plus Chriſtum quàm ipſam ſubſtãtiam diligamus, & ſi neceſsitas fuerit, malimus ipſam ſubſtantiam perdere quàm Chriſtũ negare: tñ qa(ſicut iã dixi) ſi plus eã ꝙ oportet diligimus, amittere eã, aut dũ viuimus, aut dũ morimur, ſine grandi dolore nõ poſſumus: & tñ ſi Deo, qui illã à nobis auferri, velut pius pater permittit, tanquã boni filii gratias agamus, & minus nos pati quam meremur cum vera humilitate ꝓferamus. Ita peccata ipſa in hoc ſæculo purgantur, vt in futuro ille ignis purgatorius aut non inueniat, aut certe parũ inueniat quod exurat. Si autẽ nec in tribulatione Deo gratias agimus, nec bonis operibus peccata redimimus: Ipſi tandiu in illo purgatorio igne moram habebimus, quãdiu ſupradicta peccata minuta tanquam ligna, fœnũ, ſtipula, conſumantur. Sed dicit aliquis: Non pertinet ad me quandiu moras habeam, ſi tamen ad vitam æternam perrexero. Nemo hoc dicat fratres. Chariſsimi, quia ille purga-

Pena purgatorii maxima. torius ignis durior erit quàm quicquid poteſt in hoc ſæculo penarum videri, aut cogitari, aut ſentiri. Et cum de die iudicii ſcriptũ
Pſal. 89. ſit, quod erit dies vnus tanquam mille anni, & mille anni tanquam dies vnus, vnde ſcit vnuſquiſque vtrũ diebus, an menſibus, an forte etiam & annis per illum ignem ſit tranſiturus? Et qui modo nec vnum digitum ſuum in ignem vult mittere, timeat neceſſe eſt, vel tũc paruo tempore cum anima & toto corpore cruciari. Et ideo totis viribus vnuſquiſq; laboret, vt capitalia crimina poſsit euadere, & minuta peccata ita operibus bonis redimere, vt de ipſis nihil videat remanere quod ignis ille poſsit abſumere. Illi autem qui capitalia crimina committunt, ſi quandiu viuunt ea redimere pœnitentiæ medicamẽtis noluerint, ad illum ignem, de quo dicit Apoſtolus:
1. Cor. 3. Ipſe autem ſaluus erit, ſic tamẽ quaſi per ignẽ, ſicut iam dictum eſt, venire non poterunt: ſed magis illam duram & irreuocabilem ſenten-
Matthæi 25. tiam audituri ſunt: Ite maledicti in ignem æternum. Et ideo qui ab iſta perpetua pena & ab illo purgatorio igne deſiderãt liberari, crimina capitalia non admittant, aut ſi iam commiſerint, fructuoſam agant pœnitentiã, & illa parua vel quotidiana peccata bonis operibus redimere non deſiſtant. Et infra: Omnes ſancti qui Deo fideliter ſeruiunt, lectioni vel orationi vacare, & in bonis operibꝰ perſeuerare cõtendunt, nec capitalia crimina, nec minuta peccata, id eſt, ligna, fœnum, & ſtipulam ſupra

fundamentum Chriſti:ſed bona opera,id eſt, aurum,argentum,lapides precioſos ſuperędificātes,per ignē illū, de quo dicit Apoſtolus: Quia in igne reuelabit̃, abſq; vlla violatione trāſibunt. Illi vero qui quamuis capitalia crimina nō admittāt,& ad ꝑpetrāda minuta ſunt faciles,& ad redimēda ſunt negligētes, ad vitā æternā pro eo quod in Chriſtū crediderūt,& capitalia peccata non admiſerunt vēturi ſunt: ſed prius aut in hoc ſæculo per Dei iuſtitiam vel miſericordiā(ſicut iā dictum eſt)amariſsimis tribulationibus ſunt coquēdi,aut illi ipſi ꝑ multas eleemoſynas,& ꝑcipue dū inimicis ſuis clemēter indulgent, per dei miſericordiā liberādi,aut certè illo igne(de quo dicit Apoſtolus)lōgo tēpore cruciādi, vt ad vitā æternā ſine macula & ruga ꝑueniāt. Trāſeo hic quæ ſcripta legunt̃ de purgatorio in ſermonibus 44.& 46.ad Fratres in eremo, qm̄ nonnullis placet huiuſmodi minime eſſe B. Auguſt. Venio ad alias authoritates cęterorū librorū qui eius eſſe indubitāter credunt̃,lib.21.de ciuitate dei ca.13.Ita habet̃:Sed tēporarias penas alij in hac vita tantum, alij poſt mortem, alij & nunc & tunc, veruntamen ante iudicium illud ſeueriſsimum nouiſsimúmque patiūtur, non autem omnes veniunt in ſempiternas penas,quæ poſt illud iudicium his ſunt futuræ, qui poſt mortem ſuſtinent temporales. Nam quibuſdam quod in iſto non remittitur, remitti in futuro ſeculo,id eſt, ne futuri ſæculi

1.Cor.3.

Ibidem.

Ephe.5.

æterno ſupplicio puniantur, iam ſupra diximus. Si qui vſque ad mortem habebunt cor impœnitens, nec ex inimicis conuertentur in filios, nunquid iam pro eis, id eſt, pro talium defunctorũ ſpiritibus orat Eccleſia? Cur ita, niſi quia iam in parte diaboli computantur, qui dum eſſent in corpore non ſunt tranſlati ad Chriſtum? Eadem itaque cauſa eſt cur nõ oretur tunc pro hominibus æterno igne puniendis, quæ cauſa eſt vt neque nunc, neque tunc oretur pro angelis malis: quæ itidẽ cauſa eſt, vt quamuis pro hominibus nũc viuis oretur, etiam malis: tamen iam nec nunc oretur pro infidelibꝰ impiiſque defunctis. Nam pro defunctis quibuſdam vel (vt dicitur) pro mortuis, vel Eccleſiæ vel quorũcunque piorum exaudiri orationẽ eius licet, qui in Chriſto renati non adeò ita malè vixerint in corpore, vt tali mĩa habeantur indigni: nèc iidem ſic bene, vt inueniant tali mĩa non egere. Tales eñ cõſtat ante iudicii diẽ per pœnas temporales quas eorum ſpiritus patiuntur, purgatos receptis corporibus æterni ignis ſupplicíis non tradendos. Quod ſi ita eſt, quid dicendum eſt de his qui in ſimili vita inueniẽtur in die iudicii, id eſt, quos huiuſmodi dies ille viuẽtes inuenerit, cum quodá modo vno momento moriantur, & reſurgant: & non ſit ſpacium vt pro eis aut oratio ſanctorum poſſit audiri, aut eorum ante iudicium temporali pœna purgari? Nunquid dicendi ſunt æterno igni

igni nunquam abſoluendi, tradi poſſe tempore iudicii, quibus vitam talem egiſſe cōcedimus, vt ſi ante iudicium mortui eſſent, temporali ſupplicio ac ſanctorū orationibus mūdarentur. Ipſius quippe Eccleſię vel quorundam piorū exauditur oratio, ſed pro his quorum in Chriſto regeneratorum, nec vſq; adeò vitam in corpore male geſta eſt, vt tali miſericordia, iudicētur digni non eſſe, nec vſq; adeò bene vt talē miſericordiā reperiātur neceſſariā non habere. Sicut etiā facta reſurrectione mortuorū nō deerūt quibus pœnas quas patiuntur ſpiritus mortuorū, impertiatur miſericordia vt in ignē nō mittantur ęternū. Neq; eñ de qbuſdā veraciter diceret quòd nō eis remittat, neq; in hoc ſæculo, neq; in futuro: niſi eſſent quibus etſi nō in iſto, tamē remitteretur in futuro. Et in li. de hæreſib. ad Quodvultdeum: Aeriani ab Aerio quodam ſunt nominati, qui cū eſſet presbyter, doluiſſe fertur quòd Epiſcopus nō potuit ordinari, & in Arianorū hæreſim lapſus, propria quoq; dogmata addidiſſe nonnulla, dicens orare vel offerre pro mortuis oblationē non oportere. Et in Pſal. 37. ad illū verſum primū: Dñe ne indignatione tua arguas me, neq; in ira tua emendes me: Futurū eſt eñ vt quidā in ira Dei emēdentur, & in indignatione arguātur. Et forte non omnes qui arguuntur emēdabuntur: ſed tamē futuri ſunt in emēdatione qdā ſalui. Futurū eſt quidē, quia emendatio nominata eſt,

Matthæi 12.

1. Cor. 3.

1.Cor.3. ſic tamen quaſi per ignẽ. Futuri autẽ quidam
qui arguentur,& non emẽdabunt. Nã vtique
arguet eos q̃bus dicet: Eſuriui,& non dediſtis
Matthæi 25. mihi mãducare: ſitiui,& nõ potaſtis me,& cętera
quę ibi proſequẽs quandã inhumanitatẽ
& ſterilitatẽ increpat, dicẽs malis ad ſiniſtram
cõſtitutis, quibus dicet: Ite maledicti in ignẽ
Ibidem. æternũ, qui parat' eſt diabolo & angelis eius.
Hæc iſte grauiora formidans excepta vita iſta
in cuius malis plãgit, & gemit, rogat & dicit:
Pſal.73. Dñe ne in indignatione tua arguas me, nõ ſim
Matthæi 25. inter illos quib' dictur' es: Ite in ignẽ æternũ,
qui parat' eſt diabolo & angelis eius. Neq; in
ira tua emẽdes me, vt in hac vita purges me,&
talẽ me reddas cui iã emẽdatorio igne nõ opus
ſit, ꝑpter illos qui ſalui erunt, ſic tñ quaſi per
1.Cor.3. ignẽ. Quare niſi q̃a hic ędificant ſupra funda
mẽtũ ligna, fœnũ, ſtipulã? Si ædificarent autẽ
aurũ, argentũ, lapides precioſos,& de vtroque
igne ſecuri eſſent: nõ ſolũ de illo æterno q̃ in
æternũ cruciaturus eſt ĩpios, ſed etiã de illo q̃
emẽdabit eos qui ꝑ ignẽ ſalui erunt. Dicit ẽm
ipſe autẽ ſaluus erit, ſic tñ quaſi per ignẽ. Et q̃a
dicit ſalu' erit, cõtẽnit ille ignis. Ita plane quã
uis ſalui ꝑ ignẽ, grauior tñ erit ille ignis q̃ q̃c-
Ignis purgatorii plus affligit quàm quæcunque alia tẽporalia tormenta. q̃d poteſt hõ pati in hac vita. Et noſtis quãta
hic paſſi ſunt mali & poſſunt pati, tamen tanta
paſſi ſunt quanta potuerunt pati & boni.
Quid ẽm quiſq; maleficus, latro, adulter, ſceleratus,
ſacrilegus, pertulit legibus, quod non
ꝑtulit martyr in cõfeſſione Chriſti? Iſta ergo
quæ hic ſunt mala, multo faciliora ſunt & tñ

videte quẽadmodũ ea homines ne patiantur, quicquid iuſſeris faciũt. Quãto melius faciũt quod iubet deus, ne illa grauiora patiantᷓ? Et in lib. de cura pro mortuis agẽda, ca. 1. ſoluẽs quæſtionẽ qua quæritur: quõ poſſunt noſtra ſuffragia prodeſſe defunctis, ſalua illa b. Pauli ſententia: Omnes eñ aſtabimus ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſq; ſecũdũ ea quæ per corpus geſsit, ſiue bonũ ſiue malũ: hęc (inquit) ita ſoluitᷓ quæſtio, qm̃ quodã vitæ genere acquiritᷓ dũ in hoc corpore viuitᷓ, vt aliqd adiuuẽt iſta defunctos, ac per hoc ſecũdum ea quę per corpus geſſerũt, eis quæ poſt corpus religioſe pro illis facta fuerint, adiuuantur. Sunt enim quos nihil omnino adiuuant iſta, ſiue pro eis fiant, quorum tam mala ſunt merita, vt neque talibus digni ſunt adiuuari: ſiue pro eis quorum tam bona, vt talib⁹ nõ indigeãt adiumentis. Genere igitᷓ vitę quod geſsit quiſq; per corpus efficitur vt proſint vel nõ ꝓſint q̃cunq; ꝓ illo pie fiũt, cũ reliquerit corpus. Nã meritũ ꝑ quod iſta ꝓſint ſi nullũ cõparatũ eſt in hac vita, fruſtra quæritᷓ poſt hãc vitã. Ita fit vt neq; inaniter eccleſia, vel ſuorum cura ꝓ defunctis, quod potuerit religiõis impẽdat, & tñ ferat vnuſquiſq; ſecũdum ea quæ per corpus geſsit ſiue bonũ ſiue malũ, reddẽte dño vnicuiq; ſecundũ opera eius. Vt eñ hoc quod impẽditᷓ poſsit ei ꝓdeſſe poſt corpus, in ea vita acqſitũ eſt quã geſsit ĩ corpore. Poterat inq̃ſitioni tuę ſufficere mea breuis iſta rñſio, ſed qa alia mouẽt, qb⁹ rñdẽdũ exiſtimo, parũ-

2. Cor. 5.

Matthæi 16.

2.Machab.12 per attende. In Machabæorum libris legimus oblatũ pro mortuis ſacrificium. Sed etſi nuſquã in ſcripturis veteribus oĩno legeretᷣ, non parua eſt vniuerſæ Eccleſiæ quæ in hac cõſuetudine claret authoritas: vbi in precib' ſacerdotis quæ dño Deo ad altare funduntur, locũ ſuũ habet etiã cõmendatio mortuorũ. Et ca. 4. Prouiſus ſepeliendis corporibus apud memoriã ſanctorũ locus, bonę affectionis humanæ eſt erga funera ſuorũ, qm̃ ſi nõnulla religio eſt vt ſepeliantur, nõ poteſt nulla eſſe, qñ vbi ſepeliantur attẽditur. Sed cum talia viuorum ſolatia requiruntur, quibus eorũ pius in ſuos animus appareat, nõ video quæ ſunt adiumenta mortuorũ, niſi ad hoc vt dum recolunt vbi ſunt poſita eorũ quos diligunt corpora, eiſdẽ ſanctis illos tanquã patronis ſuſceptos, apud Dñm adiuuãdos orando commẽdent. Quod quidẽ facere poſſent, etiã ſi talibus locis eos humare non poſſent. Et paulo poſt: Cũ itaq; recolit animus vbi ſepultũ ſit chariſsimi corpus & occurrit locus nomine martyris venerabilis, eidẽ martyri animã dilectã commendat recordantis & precãtis affectus. Qui cum defunctis à fidelibus chariſſimis exhibetur, eum prodeſſe non dubiũ eſt iis qui cum in corpore viuerẽt talia ſibi poſt hanc vitam prodeſſe meruerunt. Verum etſi aliqua neceſsitas vel humari corpora vel in talibus locis humari nulla alia facultate pmittat non ſunt prætermittendæ ſupplicationes pro

Vniuerſalis eccleſiæ cõſuetudo orandi pro mortuis.

pro ſpiritibus mortuorum, quas faciẽdas pro oĩbus in Chriſtiana & catholica ſocietate defunctis, etiam tacitis nominibus quorumcũque, ſub generali commemoratione ſuſcepit eccleſia: vt quibus ad iſta deſunt parentes, aut filij, aut quicunque cognati vel amici, ab vna eis exhibeatur pia matre communi. Si autem deeſſent iſtæ ſupplicationes quæ fiũt recta fide ac pietate pro mortuis, puto quod nihil prodeſt ſpiritibus eorum quamlibet in locis ſanctis exanima corpora ponerẽtur. Et cap. 5. Cũ ergo fidelis mater fidelis filij defuncti corpus deſiderauit ĩ Baſilicã martyris poni, ſiquidẽ credidit eius aĩam meritis martyris adiuuari, hoc qđ ita credidit ſupplicatio quædã fuit, & hæc ꝓfuit ſiquid profuit. Et qđ ad idẽ ſepulchrum recurrit animo, & filium precibus magis magiſque cõmendat, adiuuat defuncti ſpiritum, non mortui corporis locus, ſed ex loci memoria viuus matris affectus. Et infra: Ita etiam cum plurimũ interſit vbi ponat corpus mortui ſui qui pro ſpiritu eius ſupplicat, quia & præcedens affectus locum elegit ſanctum, & illic corpore poſito recordatus locus ſanctus eum qui pręceſſerat renouat & auget affectum, tamen etiam ſi non poſsit vbi religioſus amicus elegit humare quem diligit, nullo modo debet ſupplicationibus neceſſariis in eius cõmendationem ceſſare. Vbicũque enim iaceat vel nõ iaceat defuncti caro, ſpiritui requies acquirenda eſt. Et capite vltimo. Quæ

cum

cũ ita ſint nõ exiſtimem⁹ ad mortuos ꝓ quib⁹ curã gerimus ꝑuenire, niſi qđ pro eis ſiue altaris, ſiue orationũ, ſiue eleemoſinarũ ſacrificiis ſolẽniter ſupplicamus: q̃uis nõ ꝓ quibus fiũt, oĩbus proſint, ſed iis tantũ quibus dũ viuunt, cõparatur vt proſint. Sed quia nõ diſcerimus qui ſint, oportet ea pro regeneratis omnibus facere, vt nullus eorũ prætermittatur ad quos hæc beneficia poſsint & debeant peruenire. Melius enim ſupererunt iſta eis quibus nec obſunt nec proſunt, quã eis deerunt quibus proſunt. Et paulopoſt: Quod vero quiſq; apud memoriã martyrũ ſepelitur, hoc tãtum mihi videtur prodeſſe defuncto, vt commendans eum etiã martyrium patrocinio, affectus pro illo ſupplicationis augeatur. Et lib. 20. de Geneſi contra Manichæos capite 2. ad id: Maledicta terra in operibus tuis, &c. Qui forte agrum nõ coluerit, & ſpinis eum opprimi permiſerit, habet in hac vita maledictionem terrę ſuæ in omnibus operibus ſuis: & poſt hanc vitam habebit vel ignem purgationis, vel pœnã æternã. Et libr. 9. cõfeſsionum, capite 11. duobus filiis ſuis anxiis de loco ſæpeliendi corporis, reſpõdẽs ſancta Monicha. Ponite (inquit) hoc corpus vbicunq;, nihil vos eius cura conturbet. Tãtũ illud vos rogo, vt ad domini altare memineritis mei vbi fueritis. Et ca. 12. Cũ ecce corpus elatum eſt, imus & redimus ſine lachrymis. Nã neque in eis precibus quas tibi fudimus cũ offerretur pro ea ſacrificiũ precij noſtri,

Gene. 3.

S. Monicha mater b. Aug.

nři,iá iuxta ſepulchrũ poſito cadauere priuſq̃ deponeretur, ſicut illic fieri ſolet nec in eis p̃cib⁹ ego fleui:ſed toto die grauiter in occulto meſtus erã &c.& cap.13.Orãs B.Aug.ꝓ matre ſua defuncta: Ego autẽ(ait)iã ſanato corde ab illo vulnere ĩ quo poterat redargui carnalis af fectus, fundo tibi deus pater ꝓ illa famula tua lõge aliud lachrymarũ genus,qđ manat de cõ cuſſo ſpũ cõſideratiõe periculorũ oĩs aĩæ quę in Adã moritur. Quanq̃ illa Xpo viuificata, etiã nõdũ carne reſoluta ſic vixerit, vt laudeť nomẽ tuũ in fide moribuſq; eius:nõ tñ audeo dicere,ex quo eã per baptiſmum regeneraſti, nullũ verbũ exiiſſe ab ore eius cõtra pręceptũ tuũ.Et dictũ eſt à veritate filio tuo: Si quis di xerit fratri ſuo fatue,reus erit gehẽnę ignis.Et væ etiã laudabili vitæ hoĩm,ſi remota mĩa diſcutias eã. Et paulopoſt:Ego itaq; laus mea, & vita mea,de⁹cordis mei,ſe poſitis pauliſper bo nis eius actib⁹,pro quib⁹ tibi gaudẽs grãs ago, nũc pro pc̃tis matris meę dep̃cor te,exaudi me ꝑ medicinã vulnerũ noſtrorũ q̃ pependit in li gno,& ſedẽs ad dexterã tuã te ĩterpellat ꝓ nobis. Scio miſericorditer operatã, & ex corde dimiſiſſe debita debitorib⁹ ſuis,dimitte illi & debita ſua,ſi qua etiã cõtraxit ꝑ tot ãnos poſt aquã ſalutis,dimitte dñe, dimitte obſecro, ne intres cũ ea in iudiciũ, ſuperexaltet mĩa iudiciũ,quoniã eloquia tua vera ſunt, & promiſiſti mĩam miſericordibus.Et iterũ:Et credo iã feceris quod te rogo, ſed voluntaria oris mei approba

Conſuetudo Miſſæ dicẽdæ antequã defuncti inhumarentur.

Matth.5.

Rom.8.

Matth.6.

Iaco.2.

approba domine. Namq; illa imminente die reſolutionis ſuæ non cogitauit corpus ſuum ſumptuoſe contegi aut condiri aromatibus, aut monumentum electũ concupiuit, aut curauit ſepulchrum patrum. Nõ iſta mandauit nobis: ſed tantum modo memoriam ſui ad altare fieri deſiderauit, cui nullius diei prætermiſsione ſeruierat, vnde ſciret diſpẽſari victimam ſanctam, qua deletum eſt chirographũ quod erat cõtrarium nobis, qua triumphatus eſt hoſtis computans delicta noſtra & quærẽs quid obiiciat, & nihil inueniens in illo in quo vincimus. Quis enim refundet ſanguinem innocẽtem? Quis ei reſtituet precium quo nos emit vt nos auferat ei? Ad cuius precij noſtri ſacramẽtum ligauit ancilla tua animam ſuam vinculo fidei. Nemo à protectione tua dirũpat eam. Non ſe interponat nec vi nec inſidijs leo & draco: neque enim reſpondebit illa nihil ſe debere ne conuincatur & obtineatur ab accuſatore callido: ſed reſpõdebit dimiſſa debita ſua ab eo, cui nemo reddet pro nobis nõ debẽs reddidit. Sit ergo in pace cum viro, ante quẽ nulli, & poſtquem nulli mixta eſt, cui ſeruiuit fructum tibi afferens cum tolerantia, vt eum quoq; lucraretur tibi. Et inſpira domine deus meus inſpira ſeruis tuis fratribus meis, filiis tuis, dominis meis, quibus & voce & corde & literis ſeruio, vt quotquot hęc legerint, meminerint ad altare tuum Monichæ famulæ tuæ, cum Patricio quondam eius cõiuge,

Oratio p defunctis ad altare dei.

Coloſſ. 2.

Ioã. 14

Parentes beati Auguſt.

iuge, per quorum carnem introduxiſti me in hãc vitam, quemadmodum neſcio. Meminerint cum affectu pio parẽtum meorum in hac luce trãſitoria, & fratrũ meorum ſub te patre in matre catholica, & ciuium meorũ in ęterna Hieruſalem, cui ſuſpirat peregrinatio populi tui ab exitu vſque ad reditum: vt quod a me illa popoſcit extremum, vberius ei prę̃ſtetur in multorum orationibus tam per confeſsiones quam per orationes meas. Et epiſt. 64. ad Aurelium epiſcopum: Sed quoniam iſtæ in cemiteriis ebrietates & luxurioſa cõmunia non ſolum honores martyrium à carnali & imperita plebe credi ſolent, ſed etiam ſolatia mortuorum, mihi videtur facilius illis diſſuaderi poſſe iſtam fœditatem ac turpitudinem, ſi & de ſcripturis prohibeatur, & oblationes pro ſpiritibus dormientium quas vere aliquid adiuuare credendum eſt, ſuper ipſas memorias nõ ſint ſumptuoſe, atque omnibus petentibus ſine typho et cum alacritate præbeantur, nec vendantur.

B. Paulinus Epiſcopus Nolanus epiſtola. 5. ad patrem Delphinum: Contriſtatos nos vehementer fatemur, non tam de obitu corporali fratris noſtri quàm de negligentia eius ſpirituali, qua relinquendarum iſtic potius curarum quàm prouidendorum illic remediorum memor poſt habenda præpoſuit, & præponenda poſt habuit. Quem oportuit & illa potiora per ſe curare, & hæc temporalia pro filiis

Claruit anno domini. 420. ſub Honorio & Valentiniano Imper.

filiis non prætermittere. Vnde petimus vt paterna affectione cõpatiens huic noſtro dolori meminiſſe digneris, & illum quondã ſpiritualem tibi filium gratia dei fuiſſe progenitũ, & ideo tuæ ſpecialiter curæ hanc eſſe cauſam, ne pietatem tuã quæ nobis filiis gloriabatur, dilapidata hæreditarie portionis ſubſtantia confundamus. Sed potius vt orationibus tuis cõdonetur tibi, vt & illius animam vel de minimo ſanctitatis tuæ digito diſtillans refrigerij gutta reſpergat, & nobis dum tẽpus eſt recurrẽtibus ad te, & clamãtibus: Pater, peccauimus in cœlũ & in te. Iã nõ ſumus digni vocari filij tui, pro cõfeſsione peccati diuina miſeratio te interueniẽte ſuccurrãt. Et epiſt. 1. ad Amandũ epiſcopũ: Præcipue cũ hæc ſcriberemus, cure nobis erat ex recẽti dolore fraternæ diuulſionis, quẽ etiã ſi tẽporaliter ab hoc ſæculo ſciamus aſſumptũ, in illo nobis cito cõſequendũ: tñ ea verius cauſa obiiſſe lugemus, quia ex his q̃ geſta ab ipſo ad finẽ eius vel ordinata ſunt, pctĩs magis noſtris quã votis cõgrua egiſſe pſpexim⁹, vt mallet ad dominũ debitor trãſire q̃ liber. Ob hoc impenſe rogamus, vt quaſi frater quod nobis ĩ dño eſſe dignaris, vnanimos fratres iuuãs & hãc meritis fidei tuæ mercedẽ accumules, vt pro eo infirmitati noſtræ cõpatiaris, & orãdi laborẽ conſpires, vt miſericors & miſerator deus q facit oĩa in cœlo, & in terra, & in mari, & abyſsis, refrigeret animã eius ſtillicidiis mĩæ per oratiões veſtras. Et epiſtola. 12. ad Seuerũ de epitapho Clari presbyteri:

Luc. 16. *Luc. 15.* *Pſal. 134.*

Nominis vt titulo, ſic mentis lumine clarus
Presbyter hoc tegitur: ſed membra caduca ſepulchro,
Libera corporeo mẽs carcere gaudet in aſtris.
Pura probatorum ſortem ſortita piorum,
Sancta ſub æternis altaribus oſſa quieſcunt.
Et dum caſta pio referũtur munera Chriſto,
Diuinis ſacris animæ iungantur odores.

Et in epiſtola ad Pãmachiũ: Nã vt euocationem ad deũ ſanctę ſororis meæ, ita deuotionẽ pietatis in Xp̃o tuæ pariter audiui, iſto etiã patreſamilias per quẽ ſcripſi, indicãte prudentiã & ſanctitatẽ vere in cõiugem charitatis tuæ, quã nõ vacuã fletib⁹, vt maxima pars mortaliũ, neq; vacuo (vt ſpei noſtræ expertes ſolẽt) põparũ inaniũ honore comitat⁹ es: ſed remediis ſalutarib⁹, & viuis operib⁹, hoc eſt eleemoſynis, ꝓſecutus, debito ordine primũ charo funeri iuſta ꝑſoluẽs, piis lachrymis & largo charitatis rore ꝑfuſus, religioſus exeqas honoraſti. Itaq; iſtius pietatis in te op⁹ ante laudabo. Nã id quoq; deo placitũ mõſtrat ſcriptura diuina cum dicit: fili produc lachrymas in mortuo, & quaſi dira paſſus incipe plorare, & ne deſpicias ſepulturam illius. Eccle. 38.

B. Gregorius papa prim⁹, lib. 2. dialogorũ c. 23. de duabus monialibus, ꝙb⁹ ob cõtinuatas verborũ cõtumelias ĩ qnẽdã virũ religioſum, ſentẽtiã excõmunicationis cõminat⁹ eſt B. Benedictus: illæ à priſtinis morib⁹ nihil mutate, intra paucos dies defunctæ ſunt, atq; in eccleſia ſepulte. Cunq; in eadẽ Eccleſia Miſſarum

Defunctus eſt anno domini. 605. ſub Phoca Imper.

ſolemnia celebrarētur, atque ex more diaconus clamaret: Si quis non communicat det locum: nutrix earum quę pro eis oblationē domino offerre cōſueuerat, eas de ſepulchris ſuis progredi & exire videbat. Quod dum ſæpius cerneret, quia ad vocē diaconi clamantis exibāt foras, atque intra eccleſiam permanere nō poterant, ad memoriam reduxit quæ vir dei illis adhuc viuentibus mandauit. Eas quippe ſe communione priuare dixerat, niſi mores ſuos & verba corrigerent. Tūc ſeruo dei cum graui merore indicatū eſt, qui manu ſua protinus oblationē dedit, dicens: Ite, & hāc oblationem pro eis offerri domino facite, & vlterius excōmunicatæ non erunt. Quæ dū oblatio pro eis fuiſſet immolata, & à diacono iuxta morem clamatum eſt, vt non communicantes ab eccleſia exirent, illæ exire ab eccleſia vlterius viſe non ſunt. Qua ex re indubitanter patuit, quia dum inter eos qui communione priuati ſunt, minime recederent, communionem à domino per ſeruum domini recepiſſent. Et libro 4. capite. 39. An poſt mortem purgatorius ignis ſit: In euangelio dicit dominus: Ambulate dum lucem habetis.

Ioan. 12. *Eſa. 49.* Per prophetam quoq; ait: Tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis adiuui te, quod

2. Cor. 6. Paulus apoſtolus exponens dicit: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. Sa-

Eccle. 9. lomon quoque ait: Quodcunque poteſt manus tua facere, inſtāter operare: quia nec opus,

nec

nec ratio, nec ſcientia, nec ſapientia erit apud inferos, quo tu properas. Dauid quoque ait: Quoniam in ſæculum miſericordia eius. Ex *Pſal.137.* quibus nimirum ſententiis cõſtat, quia qualis hinc quiſque egreditur, talis in iudicio prę ſentatur. Sed tamen de quibuſdã leuibus culpis eſſe ante iudicium purgatorius ignis credendus eſt, pro eo quod veritas dicit: quia ſi quis in Spiritum ſanctum blaſphemiam dixerit, neque in hoc ſæculo remittetur ei neque *Matth.12.* in futuro. In qua ſẽtẽtia datur intelligi, quaſdam culpas in hoc ſæculo, quaſdã verò in futuro poſſe relaxari. Quod enim de vno negatur, conſequẽs intellectus patet, quia de quibuſdam conceditur. Sed tamen (vt prædixi) hoc de paruis minimiſque peccatis fieri poſſe credendum eſt: ſicut eſt aſsiduus ocioſus ſermo, immoderatus riſus, vel peccatum curæ rei familiaris, quæ vix ſine culpa, vel ab ipſis agitur, qui culpam qualiter declinare debeant ſciunt: aut in non grauibus rebus error ignorantiæ, quæ cuncta etiam poſt mortem grauant, ſi adhuc in hac vita poſitis minimè fuerint relaxata. Nam cum Paulus dicat, Chriſtum eſſe fundamentum, atque ſubiungat: Si quis ſuperædificauerit ſuper hoc fundamen- *1.Cor.3.* tum aurum, argentũ, lapides precioſos: ligna, fœnum, ſtipulam, vnuſcuiuſque opus quale ſit ignis probabit, ſi cuius opus arſerit, detrimentum patietur, Ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem. Quamuis hoc de igne

m tribu-

tribulationis in hac nobis vita adhibito poſſit intelligi, tamē ſi quis hoc digne futuræ purgationis accipiat, penſandum ſolicite eſt quia illũ per ignē dixit poſſe ſaluari, non qui ſuper hoc fundamentũ, æs vel plumbum ædificant peccata maiora & idcirco duriora, atq; tunc iã inſolubilia: ſed lignũ, fœnũ, ſtipulã, i. peccata minuta atq; leuiſsima quæ ignis facile conſumat. Hoc tamen ſciendum eſt quia illic ſaltē de minimis nihil quiſque purgationis obtinebit, niſi bonis hoc actib⁹ in hac adhuc vita poſitus, vt illic obtineat, ꝓmereatur. Et c. 40. de anima Paſchaſii diaconi: Nam cũ eſſem adhuc iuuenculus, atq; in laico habitu cõſtitutus narrari à maioribus atq; ſciētibus audiui, quòd Paſchaſius huius Apoſtolicæ ſedis diaconus (cuius apud nos rectiſsimi & luculenti de Spiritu ſancto libri extãt) mirificæ ſanctitatis vir fuerit, eleemoſynarũ operibus maxime vacãs, cultor pauperũ, & contemptor ſui. Sed hic in ea cõtētione quæ inardeſcēte zelo fideliũ inter Symmachum atq; Laurētium facta eſt, ad pontificatus ordinē Laurentiũ elegit, & omnium poſt vnanimitate ſuperatus, in ſua tamen ſententia vſque ad diem ſui exitus perſtitit, illum amando atque præferēdo quē epiſcoporum iudicio præeſſe ſibi Eccleſia refutauit. Hic itaque cum temporibus Symmachi apoſtolicæ ſedis præſulis eſſet defunctus, eius dalmaticam feretro ſuperpoſitam demoniacus tetigit, ſtatimq; ſanatus eſt. Poſt multum

tum vero temporis, Germano capuano epiſcopo (cuius ſuperius memoriam feci) medici pro corporis ſanitate dictauerãt, vt in angularibus thermis lauari debuiſſet, qui ingreſſus eaſdẽ thermas p̃dictũ Paſchaſiũ diaconũ ſtãtẽ & obſequentẽ in calorib⁹ ĩuenit. Quo viſo vehementer extimuit: & q̃d illic vir faceret inquiſiuit. Cui ille reſpondit: Pro nulla alia cauſa in hoc penali loco deputatus ſum, niſi quia in parte Laurẽtii cõtra Symmachũ ſenſi. Sed quæſo te, pro me dñm deprecare. Atq; in hoc cognoſces quod exauditus ſis, ſi huc rediens nõ me inueneris. Qua de re vir dñi German⁹ ſe in precibus ſtrinxit, & poſt paucos dies rediit, ſed iam dictũ Paſchaſiũ in loco eodẽ minime inuenit. Quoniá eñ non malitiæ ſed ignorãtiæ errore peccauerit, purgari poſt mortem à peccato potuit. Quod tamẽ credẽdum eſt, quia ex illa eleemoſynarũ ſuarũ largitate hæc obtinuit, vt tũc poſſet ꝓmereri veniá cũ iã nihil poſſet operari. Et cap. 41. ad petitionẽ Petri, quomõ tantus vir Paſchaſius poſt mortem ad penalẽ locũ ductus eſt. cum tactu feretri eius malign⁹ ſpiritus ab obſeſſo fugat⁹ ſit. Hac in re (inquit B. Gregorius) magna debet omnipotẽtis dei diſpẽſatio, & q̃ ſit multiplex agnoſci. Cuius iudicio actũ eſt vt idẽ vir Paſchaſius, & ipſe intus ad aliquantum temporis reciperet quod peccaſſet: & tamẽ ante humanos oculos mira ꝑ corpus ſuũ poſt mortẽ faceret: qui ante mortẽ eis quoq; cognoſcẽtib⁹ pia

Hæc citãtur ab Haymone ſub nomine Gregorii papæ lib. 3. de varietate ſeu de amore cæleſtis patriæ, cap. 9.

Paſchaſius apparet poſt mortẽ, ſeruiẽs in thermis.

opera feciſſet: vt neq; hi qui bona eius uiderant de eleemoſynarum illius æſtimatione fallerentur, neque ipſi ſine vltione laxaretur culpa, quam neceſſe culpam credidit, & idcirco hanc fletibus non extinxit. Et ca. 55. ad interrogationem qua petitur, quid nam eſſe poterit quod mortuorum valeat animabus prodeſſe. Si culpę poſt mortē inſolubiles nō ſunt, multorum ſolet animas etiam poſt mortem ſacra oblatio hoſtiæ ſalutaris adiuuare: ita vt hāc nonnunquam ipſe defunctorum animæ expetere videātur. Nam prædictus Felix epiſcopus à quodā vitæ venerabilis preſbytero qui vſque ante bienniū vixit, & in diœceſi Centumcellenſis vrbis habitabat, atque Eccleſiæ B. Iohannis quæ in loco qui dicitur Tauriana, ſita eſt, p̄erat, cognouiſſe ſe aſſerit quod idē presbyter in eodē loco in quo aquę calidæ vapores nimios faciunt, quoties corporis neceſsitas exigebat, lauari conſueuerat. Vbi dum die quadam fuiſſet ingreſſus, inuenit quēdam incognitum virum ad ſuum obſequium præparatum, qui ſibi de pedibus calceamenta abſtraheret: veſtimenta ſuſciperet, & exeunti de caloribus ſabana præberet, atq; omne miniſteriū cum magno famulatu perageret. Cunque hoc ſæpius fieret, idem preſbyter die quadā ad balnea iturus intra ſemetipſum cogitans dixit: Viro illi qui mihi ſolet tam deuotiſsime ad lauadum obſequi ingratus apparere nō debeo, ſed aliquid me neceſſe

Hæc idē Haymo citat vbi ſupra.

eſt

eſt ei pro munere portare. Tunc duas ſecum oblationũ coronas detulit. Qui mox vt peruenit ad locum, hominẽ inuenit, atq; ex more eius obſequio in omnib⁹ vſus eſt. Lauit itaq; & cũ iam veſtitus voluiſſet egredi hoc quod ſecũ detulerat obſequenti ſibi viro pro benedictione obtulit, petens vt benigne ſuſciperet quod ei gratia charitatis offerret. Cui ille mẽrẽs afflictúſque reſpõdit: Mihi iſta quare das pater? Iſte panis ſanctus eſt, ego hunc mãducare nõ poſſum. Ego etenim quẽ vides, huius loci dominus, aliquando fui, ſed pro culpis meis hic poſt mortẽ deputatus ſum. Si autem mihi præſtare vis, omnipotenti deo pro me offer hunc panem, vt pro peccatis meis interuenias. Et tunc exauditũ te eſſe cognoſce cum huc ad lauãdum veneris, & me minimè repereris. In quibus verbis diſparuit, & is qui homo eſſe videbatur, euaneſcẽdo innotuit quia ſpiritus fuit. Idem vero presbyter hebdomada cõtinua ſe pro eo in lachrymis afflixit, ſalutarem hoſtiã quotidie obtulit, & reuerſus poſt ad balneum eum iam minime inuenit. Qua ex re quantum proſit animabus immolatio ſacræ oblationis oſtẽditur, quando hãc & ipſi mortuorum ſpiritus à viuentibus petunt, & ſigna indicant quibus per eam abſoluti videãtur. Et infra, de Iuſto monacho qui ob tres aureos occultatos, & tandem à fratribus inuẽtos iuſſu Beati Gregorii in ſterquilinio ſepultus eſt, omnib⁹ ſimul clamãtibus.

Qui dominus aliquãdo fuerat, poſt mortem ſeruit lauantibus ſe.

Quàm vtile ſit ſacrificium Euchariſtiæ.

Actu. 8. Pecunia tua tecum ſit in perditione, quamuis in morte de reatu ſuo vehementer ingemuiſſet dictus Iuſtus: cum poſt mortem eius inquit Beatus Gregorius) triginta iam eſſent dies deuoluti, cepit animus meus defuncto fratri compati, eiuſque cum dolore graui ſupplicia penſare, & ſi quod eſſet ereptionis eius remedium. Tunc euocato ad me eodem Precioſo monaſterii mei præpoſito, triſtis dixi: Diu eſt quòd frater ille qui defunctus eſt, in igne cruciatur: debemus ei aliquid charitatis impendere, & eum inquãtum poſſumus vt eripiatur adiuuare. Vade itaque ab hodierna die diebus triginta continuis, offerre pro eo ſacrificium ſtude, vt nullus omnino prætermittatur dies, pro abſolutione illius hoſtia ſalutaris non offeratur. Qui protinus abſceſsit & dictis paruit, nobis autem alia curantibus, atque dies euolutos non numerantibus, idem frater qui defunctus fuerat nocte quadã fratri ſuo germano copioſo p viſionẽ apparuit. Quẽ ille cũ vidiſſet ĩquiſiuit. Quid eſt frater, quomodo es? Cui reſpondit. Nunc vſque male fui, ſed iam modo bene ſum, quia hodie communionem recepi. Quod idẽ Copioſus pergens protinus indicauit fratribus in monaſterio. Fratres vero ſollicite computauerunt dies, & ipſe dies extiterat quo pro eo triceſima oblatio fuerit impleta. Cunque Copioſus neſciret quid pro eo fratres agerent, & fratres ignoraſſent quid de illo Co

pioſus

pioſus vidiſſet, vno eodémque tempore dum cognoſcit ille quid iſti egerant: atque iſti cognoſcunt quid ille viderat, concordante ſimul viſione & ſacrificio, res apertè claruit, quia frater qui defunctus fuerat, per ſalutarẽ hoſtiam euaſit ſupplicium. Et capite quinquageſimoſeptimo: Idcirco credo quia hoc tam apertè cum viuentibus atque neſcientibus agitur, vt cunctis hæc agentibus ac neſcientibus oſtẽdatur: quia ſi inſolubiles culpæ non fuerint, ad abſolutionem prodeſſe etiam mortuis victima ſacrę oblationis poſsit. Sed ſciendũ eſt quia illis ſacræ victimæ mortuis proſunt, qui hic viuendo obtinuerunt, vt eos etiam poſt mortem bona adiuuẽt, quæ hic pro ipſis ab aliis fiunt. Hæc ex beati Gregorii dialogis, quos quia nonnulli non ita recipiunt, vt efficacis reputent authoritatis ad aliquid ſufficienter probandum de quo controuertitur, quoniam certo non conſtat eſſe B:Gregorii, ideo proferendus eſt alius locus eiuſdem beati Gregorii, de quo minimè dubitatur, Homiliatriceſimaſeptima in Euangelia, ad Euangelium ſecundum beatũ Lucam, capite decimoquarto: Pẽſate fratres quàm benignum ſit quòd is qui ſuo aduentu valet opprimere, tardat venire. Mittamus ad hunc (vt diximus) legationem noſtram, flendo, tribuẽdo, ſacras hoſtias offerẽdo. Singulariter nãq; ad abſolutionẽ noſtram oblata cũ lachrymis

lachrymis, & benignitate mentis ſacri altaris
Ro.6. hoſtia ſuffragatur: quia is qui in ſe reſurgens iam non moritur, adhuc per hanc in ſuo myſterio pro nobis iterum patitur. Nam quoties ei hoſtiam ſuæ paſsionis offerimus, toties nobis ad abſolutionem noſtram paſsionem illius reparamus. Multos (vt arbitror) veſtrũ fratres chariſsimi, contigit noſſe hoc quod volo ad memoriam veſtram narrando reuocare. Non longe à noſtris fertur temporibus factum, quod quidam ab hoſtibus captus lõge tranſductus eſt. Cunque diu teneretur in vinculis, eum vxor ſua cum ex eadem captiuitate non reciperet, extinctũ putauit. Pro quo velut iam mortuo hoſtias hebdomadibus ſingulis curabat offerre. Cuius toties vincula ſoluebant in captiuitate, quoties ab eius coniuge oblatæ fuiſſent hoſtiæ pro animæ eius abſolutione. Non longo poſt tempore reuerſus admirãs valde ſuæ vxori indicauit, quòd diebus certis, hebdomadibus ſingulis, eius vincula ſoluebantur. Quos videlicet dies eius vxor atque horas diſcutiens, tunc eum recognouit abſolutum, cum pro eo ſacrificium meminerat oblatum. Hinc ergo fratres chariſsimi, hinc certa conſideratione colligite oblata à nobis hoſtia ſacra, quantum in nobis ſoluere valeat ligaturam cordis, ſi oblata ab altero potuit in altero ſoluere vincula corporis,

Iſidorus iunior hiſpalẽſis archiepiſcopus, libro primo de eccleſiaſticis officiis, capite 15. de Miſſa & orationibus: Ordo autem Miſſæ vel orationum, quibus oblata deo ſacrificia conſecrantur, primum à ſancto Petro eſt inſtitutus, cuius celebrationẽ vno eodémq; modo vniuerſus peragit orbis. Prima earundem, Oratio ammonitionis eſt erga populum, vt excitentur ad impetrandum deum. Secunda inuocationis adeſt, vt clementer ſuſcipiat preces fidelium oblationẽq́; eorum. Tertia autẽ, effunditur pro offerentibus ſiue pro defunctis fidelibus, vt per idem ſacrificium, veniam conſequãtur. Et capite 18. de ſacrificio: Sacrificium pro defunctorum fidelium requie offerri, vel pro eis orari, quia per totum hoc orbem cuſtoditur, credimus quod ab ipſis apoſtolis traditum ſit. Hoc enim catholica eccleſia, quæ niſi crederet fidelibus defunctis dimitti peccata, non pro eorum ſpiritibus vel eleemoſynam faceret, vel deo ſacrificiũ offerret. Nam & cũ dominus dicit: Qui peccauerit in ſpiritum ſanctum non remittetur ei, neq; in hoc ſæculo neque in futuro, demonſtrat quibuſdam illic dimittẽda peccata, & quodã purgatorio igne purganda. Ergo in quodam loco à ſancto Auguſtino dictum eſt: Defunctorum animæ ſuorum ſine dubio viuentium releuantur pietate, cum pro illis ſacrificiũ offertur, vel eleemoſynę fiũt: ſi tamen ſibi quiſque aliquod meritum pręparauit dum adhuc in

Claruit anno domini. 630. ſub Heracleone Imper.

Sacrificium p defunctis credatur quòd ab apoſtolis.

Matth. 12.

Augu. in Enchirid. ca. 11. & de ciui. dei lib. 21. ca. 24. & li. de cura pro mortuis agenda.

lachrymis, & benignitate mentis ſacri altaris
Ro.6. hoſtia ſuffragatur: quia is qui in ſe reſurgens iam non moritur, adhuc per hanc in ſuo myſterio pro nobis iterum patitur. Nam quoties ei hoſtiam ſuæ paſsionis offerimus, toties nobis ad abſolutionem noſtram paſsionem illius reparamus. Multos (vt arbitror) veſtrũ fratres chariſsimi, contigit noſſe hoc quod volo ad memoriam veſtram narrando reuocare. Non longe à noſtris fertur temporibus factúm, quod quidam ab hoſtibus captus lõge tranſductus eſt. Cunque diu teneretur in vinculis, eum vxor ſua cum ex eadem captiuitate non reciperet, extinctũ putauit, Pro quo velut iam mortuo hoſtias hebdomadibus ſingulis curabat offerre. Cuius toties vincula ſoluebant in captiuitate, quoties ab eius coniuge oblatæ fuiſſent hoſtiæ pro animæ eius abſolutione. Non longo poſt tempore reuerſus admirãs valde ſuæ vxori indicauit, quòd diebus certis, hebdomadibus ſingulis, eius vincula ſoluebantur. Quos videlicet dies eius vxor atque horas diſcutiens, tunc eum recognouit abſolutum, cum pro eo ſacrificium meminerat oblatum. Hinc ergo fratres chariſsimi, hinc certa conſideratione colligite oblata à nobis hoſtia ſacra, quantum in nobis ſoluere valeat ligaturam cordis, ſi oblata ab altero potuit in altero ſoluere vincula corporis,

Iſidorus iunior hiſpalēſis archiepiſcopus, libro primo de eccleſiaſticis officiis,capite 15. de Miſſa & orationibus: Ordo autem Miſſæ vel orationum, quibus oblata deo ſacrificia conſecrantur,primum à ſancto Petro eſt inſtitutus, cuius celebrationē vno eodémq; modo vniuerſus peragit orbis. Prima earundem, Oratio ammonitionis eſt erga populum, vt excitentur ad impetrandum deum. Secunda inuocationis adeſt,vt clementer ſuſcipiat preces fidelium oblationēq́; eorum. Tertia autē, effunditur pro offerentibus ſiue pro defunctis fidelibus,vt per idem ſacrificium,veniam conſequātur.Et capite 18.de ſacrificio:Sacrificium pro defunctorum fidelium requie offerri,vel pro eis orari,quia per totum hoc orbem cuſtoditur,credimus quod ab ipſis apoſtolis traditum ſit. Hoc enim catholica eccleſia, quæ niſi crederet fidelibus defunctis dimitti peccata,non pro eorum ſpiritibus vel eleemoſynam faceret, vel deo ſacrificiū offerret. Nam & cū dominus dicit: Qui peccauerit in ſpiritum ſanctum non remittetur ei, neq; in hoc ſæculo neque in futuro, demonſtrat quibuſdam illic dimittēda peccata, & quodā purgatorio igne purganda. Ergo in quodam loco à ſancto Auguſtino dictum eſt: Defunctorum animæ ſuorum ſine dubio viuentium releuantur pietate, cum pro illis ſacrificiū offertur,vel eleemoſynę fiūt:ſi tamen ſibi quiſque aliquod meritum pręparauit dum adhuc in

Claruit anno domini. 630. ſub Heraleone Imper.

Sacrificium p defunctis creditur quòd ab apoſtolis.

Matth.12.

Augu.in Encherid.ca.11. & de ciui.dei lib.21.ca.24. & li.de cura pro mortuis agenda.

in corpore viueret, ꝓ quo iſta proſunt quęcunque pro illo fiunt. Nam nõ omnibus proſunt. Et quare nõ omnibus proſunt, niſi propter differẽtiam vitæ quam quiſque geſsit in corpore? Nã pro valde bonis, gratiarũ actiones ſunt: pro non valde malis, propitiationes ſunt: pro valde malis, & ſi nulla ſunt adiumẽta mortuorum, qualeſcunque conſolationes viuorũ ſunt. Quibus autem proſunt, aut ob id proſunt vt ſit plena remiſsio peccatorũ, aut certe vt tolerabilior fiat ipſa damnatio.

Moritur anno domini 731. ſub Leone Imper. Beda venerabilis, libr. 4. In Samuelem, capite 10. ad id primi Regum 31. Et ieiunauerũt ſeptem diebus: Rectè & ad literam pro mortuis, vt ad requiem peruenire valeant ſeptem diebus ieiunatur quia poſt ſex huius ſæculi ætates, in quibus in carne laboramus, ſeptima eſt in illo ſæculo ætas requietionis animarum carne exutarum, in qua beatæ tempus illud glorificum quando reſurgere mereantur expectant. Et in caput tertium beati Marci, ad id: Qui autem blaſphemauerit in ſpiritũ ſanctum, nõ habet remiſsionem in æternum, ſed reus erit æterni delicti &c. Quod vero ſecundũ Matth. dicitur eũ qui blaſphemauerit in ſpiritum ſanctum, vel verbum dixerit contra ſpiritum ſanctum non habere remiſsionem, neque in hoc ſæculo neque in futuro, datur intelligi quaſdam culpas in hoc ſæculo, quadam vero in futuro laxari. Quod enim de vno negatur, conſequens intellectus patet quia

Matth. 12.

de

de quibuſdam conceditur. Sed tamen hoc de minimis paruíſque peccatis fieri poſſe credẽdum eſt, ſicut eſt aſsiduus ocioſus ſermo, immoderatus riſus, vel peccatum curę familiaris quę vix ſine culpa, vel ab ipſis agitur qui culpam qualiter declinare debeant, ſciunt: aut in non grauibus culpis error ignorantiæ: quæ cuncta etiam poſt mortem grauant, ſi adhuc in hac vita poſitis minime fuerint relaxata. Hoc tamen ſciendum eſt, quia illic ſaltem de minimis nil quiſque purgationis obtinebit, niſi bonis hoc actibus in hac adhuc vita poſitus vt illic obtineat pro mereatur. Et in beatũ Lucam ad id capitis tertij: ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto & igni: Sunt qui ita exponunt quòd in præſenti in ſpiritu, & in futuro baptizemur in igni. Vt videlicet ſicut nunc in remiſsionem omnium peccatorum ex aqua & ſpiritu renaſcimur: Ita & tunc de leuibus quibuſdam peccatis quæ hinc nobis euntibus adhæſerint, purgatorij ignis ante vltimũ iudicium baptiſmate permundemur, dicente apoſtolo. Si quis ſuperedificauerit ſuper hoc fundamentum aurum, argẽtum, lapides precioſos: ligna, fœnum, ſtipulam, vniuſcu iuſque opus quale ſit ignis probabit. Si cuius opus manſerit, quod ſuperedificauit mercedẽ accipiet. Si cuius opus arſerit, detrimentũ patietur ipſe autẽ ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem. Quod quãuis & de igne tribulationis ĩ hac nobis vita adhibito poſsit ĩtelligi: tamẽ 1. Cor. 3.

ſiquis

ſiquis hoc,de igne future purgationis accipiat,penſandum ſollicite eſt, quia illum dixit poſſe per ignem ſaluari,non qui ſuper fundamentum Chriſti ferrum,æs,vel plumbum ædificat,id eſt,peccata maiora & duriora,atque tunc iam inſolubilia,ſed fœnum,lignum, ſtipulam,id eſt, peccata minima atque leuiſsima quæ ignis facile conſumat. Hoc tamen ſciendum eſt, quòd illic ſaltem de minimis nihil quiſq; purgationis obtinebit niſi bonis hæc actibus in hac adhuc vita poſitus, vt illic obtineat promereatur.

Moritur anno domini. 834. ſub Ludouico Impe filio Caroli magni.

Haymo in priorē ad Corinthios ad id capitis 3. Siquis ædificat lignum, fœnum, ſtipulā &c. Per aurum & argentum & lapides precioſos,poſſumus intelligere bona opera, virtutéſque prçclaras:per fœnum vero lignum,ſtipulam,leuia peccata: ſicut eſt ocioſus ſermo, riſus inhoneſtus, & cætera talia. Per plumbum vero & ferrum atque ſtannum quę ſancti doctores nō addunt,grauia & immaniſsima peccata,quę à regno cœlorum ſeparant.Igitur ſicut aurum & argētum & lapides precioſi igne probantur, & tamen nō cōſumūtur:ita in die iudicij qui habuerint bona opera, & bonam prædicationem, licet per ignem tranſeant:tamen nullam pœnam neq; leſuram ſuſtinebūt. Qui vero habuerint leuia peccata, trāſeundo per ignē expiabūtur: quia cōſumentur ibi ſicut fœnū & ſtipula ſiue ligna cōburentur ab igne:ſed mundati & probati aſcendent ad dominum.

minum. At qui habuerint grauia peccata, quę à regno cœlorum ſeparant, & quæ apoſtolus commemorat alibi, inquiens adulterium, fornicationem, & homicidiũ & cętera talia, ſicut ferrum & plumbum ſiue ſtannum liquefiunt quidem, ſed non deficiunt per ignem: ita illi pondere peccatorum grauati remanebunt in igne, & ſuſtinebunt pœnas non deficientes & infra: Si cuius opus arſerit in igne, id eſt, quis leuia peccata habuerit quæ velut ſtipula conſumentur: detrimẽtum patietur, id eſt, pœnas ſuſtinebit dum cœperint illa probari & conſumi, licet ipſe non pereat, ſicut ſequentia manifeſtãt: ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem, ſubaudi, tranſiens, & ab igne purgatus & expiatus. Nam & in hac vita electi aduerſitatibus & infirmitatibus probabũtur in modum auri & argenti ab igne, ſicut tres pueri, & martyres, necnon etiam & B. Iob. Qui vero leuia peccata attrahunt, purgantur ab illis qui tribulationibus incenduntur in illis in hoc ſæculo: vel poſt mortem in igne purgatorio, vel alia afflictione orationibúſque hominum expiantur. Tamen quod ſine illicito amore non habuerunt, vtique ſine vrẽte dolore non perdent. Et libro 3. de varietate ſiue de amore cœleſtis patrie, capite 3. Alter eſt ignis ille futurus, de quo impiis domino iudicante dicendum eſt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum. Alter iſte qui purgatorius proprie appellatur, propter eos qui per eum

Galat. 5.
1. Cor. 3.
Daniel. 3.
Iob 1. &c.
Matth. 25.
1. Cor. 3.

eum ſalui fiunt. Per illum enim qui futurus eſt impiorum, nullus ſaluabitur, quia iuxta
Matth.25. quod ſcriptum eſt: Ibunt hi in ignem æternũ. Per iſtum autem ignem qui & probat & purgat, ſaluatio promittitur manifeſta, de quo dictum eſt: Dies enim declarabit, quia in igne
1.Cor.3. reuelabitur: & vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit. In illum enim ęternum ignem ſoli ſiniſtri nouiſſima & perpetua damnatione mittentur. Iſte autem ignis purgatorius dexteros probat, ſed alios eorum ſic probat, vt ædificum quod ſupra Chriſti fundamentum ab eis iuuenerit eſſe conſtructum, non exurat atque conſumat. Alios autem aliter, id eſt, vt quod ſuperedificauerunt ardeat damnumque inde patiantur. Salui fiunt autem, quòd Chriſtum in fundamento ſtabiliter poſitum præcellenti charitate tenuerunt. Et capite quarto: Sicut nõ omnes reprobi qui mãſuri ſunt in igne æterno, vna eademq́ue ſupplicij qualitate damnandi ſunt, ſic omnes qui per purgatorias pœnas ſalui eſſe creduntur, in vno eodemq́ue ſpatio cruciatum ſpiritus ſuſtinebunt: vt quod in reprobis agitur diſcretione pœnarum, hoc in iſtis qui per ignem ſaluandi ſunt, agitetur. Sed tanto illis minus vel maius ignis purgatorij extendetur ſupplicium, quanto hic minus vel amplius bona tranſitoria dilexerunt. Et capite quinto: Nos quidem in hac mortali vita eſſe quaſdam pœnas purgatoria confitemur, ſed temporales

pœnas.

pœnas. Alij in hac vita tantum, alij poſt mortem, alij & nunc et tunc. Veruntamen ante iudicium illud veriſsimum nouiſsimúmque patiuntur: non autem omnes veniunt in ſempiternas, quæ poſt illud iudicium ſunt futuræ, qui poſt mortem ſuſtinent temporales. Nam quibuſdam quod in iſto ſæculo non remittitur, in futuro ſæculo ne æterno ſupplicio puniantur, remittitur. Purgatorias autem pœnas nullus futuras opinetur, niſi ante illud vltimũ tremendúmque iudicium: Et capite ſeptimo. Spiritus illi qui non tam perfectè ſanctitatis hinc exeunt vt ire in paradiſum ſtatim poſt depoſitionem ſuorum corporum poſsint: nec tam criminoſe ac damnabiliter viuunt, vt ita in ſuis criminibus perſeuerent, vt cum diabolo & angelis eius damnari mereantur, Eccleſia pro eis hic efficaciter ſupplicante, à pœnis medicinalibus expiati corpora ſua cũ beata immortalitate recipient, ac regni cœleſtis facti participes in eo fine vllo defectu ſuæ beatitudinis permanebunt. Et capite octauo: Sunt plures in eccleſia iuſti, qui poſt carnis ſolutionem, continuo beata paradiſi requie ſuſcipiuntur, expectantes in magno gaudio, in magnis congaudentium choris, quando recepto corpore veniant & appareant ante faciem dei. At vero nõnulli propter bona quidem opera ad electorum ſortem præordinati, ſed poſt mortem ſeuere caſtigandi excipiuntur flammis ignis purgatorij: & vel vſque ad

Matth. 25.

Pſal. 41.

ad diẽ iudicij longa huius examinatione à viciorum ſorde mũdantur, vel certe prius amicorum fidelium præcibus eleemoſynis, ieiuniis, fletibus, & hoſtiæ ſalutaris oblationibus, abſoluti pœnis, & ipſi ad beatorum perueniũt quietem. Et capite nono: Tempus illud inter hominis mortem & vltimam reſurrectionem interpoſitum eſt, quo animæ in abditis receptaculis contineantur, ſicut vna quæque digna eſt vel requie vel erumna, pro eo quod ſortita eſt in carne dum viueret. Neque negãdum eſt defunctorum animas pietate ſuorum viuentium non releuari, cum pro illis ſacrificiũ mediatoris offertur, vel eleemoſynæ fiũt. Sed eis hæc proſunt ſi cum viuerent, hæc ſibi vt poſtea prodeſſent, meruerunt. Et in fine eiuſdem capitis 9. Inter hæc autem penſandum eſt, quòd tutior via ſit, vt bonũ quod quiſque poſt mortem ſperat agi per alios, agat dũ viuit pro ſe. Beatius quippe eſt liberum exire, quàm poſt vincula libertatem quærere.

Claruit anno domini. 855. ſub Ludouico Imper.
Eccleſi. 38.

Rabanus in Eccleſiaſticũ, libro octauo, capite decimoquarto ad id: Da ſuauitatem & memoriam ſimilaginis, & impingua oblationem &c. Panis ergo & vini ſacrificium in memoriam dominicæ paſsionis oblatum, præcipuè animarum vulnera curat, cum per ſacerdotis miniſterium in altare ſimul cum ſacris orationibus deo offertur. Vnde ſicut B. Gregorius in libris dialogorum ait: Si culpæ poſt mortẽ inſolubiles nõ ſunt, multam ſolet animas

Grego. lib. 4. dialo. c. 57. et diffuſius homil. 37. in Euang.

mas etiam poſt mortem ſacra oblatio hoſtiæ ſalutaris adiuuare: ita vt nõnũquã ipſæ defunctorum animæ hoc videantur expetere. Et nõ ſolum defunctis ſed etiam viuis multum profuturum eſſe idem ſacrificium creditur, ſi digne offeratur. Hinc eſt quod audiuimus quẽdam apud hoſtes in captiuitate poſitum, & in vinculis religatum fuiſſe, pro quo ſua coniux diebus certis ſacrificium offerre cõſueuerat, qui longo poſt tempore ad coniugem reuerſus quibus diebus eius vincula ſoluerẽtur innotuit, eiúſque cõiux illos fuiſſe dies quibus pro eo offerebat ſacrificiũ, recognouit. Hoc enim factum eſt gratia omnipotentis Dei, vt ex viſibilibus rebus mortales diſcerent, quãta ſpiritualis hoſtia pro animarum ſalute oblata inuiſibiliter poſsit operari.

Chriſtianus druthmarus in B. Matthęum, ad id capitis 12. Qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum, non remittetur ei, neq; in hoc ſæculo, neq; in futuro: Dicere poſſumus quia Dominus præuidebat illos ad quos hæc loquebatur, eſſe credituros, & de illis ſpecialiter hoc dicebat. Quod vetò dicit non remittendũ neq; in hoc ſæculo neq; in futuro, datur intelligi eſſe de quibuſdam peccatis in alia vita remiſsionem, quia quod de vno negatur conſequens eſt vt de aliquibus poſsit intelligi, ſicut eſt de ocioſo ſermone, de concupiſcentiis, & de leuibus peccatis. Cæterum de grauioribus non audemus aliud dicere, quàm

Claruit circiter annũ domini 855.

1.Ioan.5. quod Iohannes dicit: Peccatum vſq; ad mortem,non dico vt roget quis pro eo. Et Paulus *1.Cor.6.* inquit: Nolite errare,neque fornicarii, neque idolis ſeruientes,neque adulteri, neque molles,neque maſculorum concubitores, neq; fures,neque auari,neque ebrioſi,neq; maledici, neque rapaces,regnum dei poſsidebũt. Et de his tamen ſi in fine tales inuenti fuerint,vel in hoc finierint.

Claruit ſub Ludouico imperat. ſecũdo, Anno domini 863.

Theophylactus in B. Lucam, ad id capitis 12. Timete eum qui Poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam: Ille dignus eſt qui timeatur,quia non ſolum corpus punit, ſed & animam,immortalem poſſeſsionem immortalibus ſubiicit pœnis, iiſque ardentibus: Itaque in ſpirituale certamen vngit & præparat amicos ſuos Chriſtus, teſtéſque ſuos facit, ac humano metu exuit. Homines enim (inquit) iram ſuã vltra corruptibile corpus extendere nequeunt, finiſque inſidiarum illorum contra nos, carnis mors eſt. Deo autẽ puniente non carnis ſolum damnum eſt, ſed & miſera anima cum ſuppliciis vadit. Scito autẽ hoc loco quod peccatoribus mors ad ſupplicium infertur, & in hac vita puniuntur cũ occiduntur:, & in alia dum in gehennam cõiiciuntur. Perſcrutans autem verbum, etiam aliud quiddam ſimul intelliges. Vides enim quod non dixit: Metuatis eum qui poſt quã occiderit,mittit in gehennam: ſed habentem poteſtatem mittendi. Non enim ſemper qui moriuntur

moriuntur peccatores, mittuntur in gehennam: ſed ſunt in poteſtate dei vt etiam dimitti poſsint. Hoc autem dico propter oblationes & diſtributiones quæ fiunt pro defunctis, quæ non parum conducunt etiam his qui in grauibus peccatis mortui ſunt. Non omnino igitur poſtquàm occidit, mittit in gehennam, ſed poteſtatem habet mittendi. Ne igitur ceſſemus per eleemoſynas & interceſsiones propicium reddere eũ, qui poteſtatem habet mittendi, non ſemper autem poteſtate vtentem, ſed & valentem remittere quiddam.

Oblationes pro defunctis.

Intellige de quibus ante pœnituit eos.

Beatus Anſelmus archiepiſcopus Cantuarienſis in priorem ad Corinthios, ad id capitis. 3. Ipſe ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem: Quia non interibit ſubſtantia qua cõſtat, ſicut & doctrina eius mala peribit quæ eſt accidens. Quod tamen non de hæretico doctore debet intelligi, ſed de catholico, qui non recte docuit. Nam & in libris ſanctorum doctorum quos autenticè legit eccleſia, nõnnunquam inueniuntur quædã praua vel hæretica, non tamen pro his vel libri vel authores damnantur. Perlegat eorũ libros prudens lector, & inueniet eſſe verum hoc quod dico. Et ipſe ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem, vt ſalus hæc non ſine pœna ſit. Saluus quidem erit, ſed tamen pœnã ignis patietur, vt per ignem purgatus fiat ſaluus: & non ſicut perditi, æterno igne in perpetuũ torqueatur,

Claruit anno domini 1080 ſub Hẽrico 3. imper.

vt ex parte proſit illi in perpetuum credidiſſe. Et infra: Qui enim ædificat amorem terrenorum ſuper fundamentum regni cœlorum, id eſt, ſuper Chriſtum, ardebit amor temporalium rerum, & ipſe ſaluus erit, ſi in fundamento permanſerit, id eſt, ſi Chriſtum ante omnia ſic dilexerit, vt ab eius amore ſeparari nõ poſſit. In rerum temporalium amiſsione patietur detrimentum, & per ignem quendam doloris perueniet ad ſalutem. A quo dolore atque detrimento tanto quiſque eſt ſecurior, quanto temporalia vel minus amauerit, vel tanquam
1. Cor. 7. non habens habuerit. Tale aliquid etiam poſt hanc vitam fieri incredibile non eſt, nonnullos ſcilicet fideles per ignem quẽdam purgatorium quanto magis minúsve bona temporalia dilexerunt, tanto tardius citiúsve ſaluari. Nam de quibuſdam leuibus culpis eſſe ante corporum reſurrectionẽ purgatorius ignis credẽdus eſt, pro eo quod veritas dicit: Quia
Matthæi 12. ſi quis in ſpiritum ſanctum blaſphemiam dixerit, neque in hoc ſæculo remittetur ei neq; in futuro. In qua ſentẽtia datur intelligi quaſdam culpas in hoc ſæculo, quaſdam autem in futuro poſſe relaxari. Quod enim de vno negatur, cõſequẽs intellectus patet quia de quibuſdam conceditur. Sed tamen hoc de paruis minimiſque peccatis fieri poſſe credendũ eſt, ſicut eſt aſsiduus ocioſus ſermo, immoderatꝰ riſus, vel peccatum certe rei familiaris quæ vix ſine culpa vel ab his qui qualiter culpa decli-

declinari debeat, ſciunt, aut in non grauibus rebus error ignorantiæ. Quæ cuncta etiam poſt mortem grauant, ſi adhuc in hac vita poſitis non fuerint relaxata. Nam penſandum ſollicite eſt, quia & Apoſtolus illum dixit per ignem poſſe ſaluari, non qui ſuper hoc fundamentum ferrum, æs, vel plumbum ædificat, id eſt, peccata maiora & ideo duriora atque tunc inſolubilia: ſed ligna, fœnum, ſtipulam, id eſt, peccata minima atque leuiora, quæ ignis facile conſumat. Hoc tamen ſciendũ eſt, quia illic ſaltem de minimis nil quiſque purgationis obtinebit, ſi non bonis hoc actibus in hac vita adhuc poſit', vt illic obtineat, promereatur. Sciendum eſt etiam quia grauior eſt ille ignis quam quicquã poteſt homo pati in hac vita. Omnia eñ tormenta quæ hic ſunt multo faciliora ſunt. Et tamen homines ne ea patiãtur quicquid ab homine fuerit iuſſum, faciunt. Quanto melius eſt vt faciant quę iubet Deus, ne illa grauiora patiantur? *1. Cor. 3.*

Beatus Bernardus in vita ſancti Malachiæ epiſcopi, de ſorore ipſius Malachiæ, capite 4. Mortua eſt interim ſoror eius illa, quam præfati ſumus. Nec prętereundę viſiones quas vidit de ea. Huius ſiquidem ſanctus carnalem exhorruerat vitam, & tanto zelo vt ſe deuouerit non viſurum eam in carne viuẽtem. At illa carne ſoluta, ſolutum eſt votum, & cœpit videre in ſpiritu, quã in corpore noluit. Quadam nocte audiuit per ſomnium vocem ſibi *Claruit anno domini 1110. ſub Conrado imper.*

dicētis ſororē ei⁹ ſtare foras in atrio, & ecce p totos triginta dies nihil guſtaſſe. Qui euigilās cito intellexit, cuius eſcæ inedia marceret, & diligenter diſcuſſo numero dierū quē audierat, ipſum eſſe reperit ex quo pro ea panē de
Ioan.6. cœlo viuū non obtuliſſet. Tum ille qui ſororis non animā oderat, ſed peccatū: beneficentiā quam intermiſerat, rurſum adoritur. Neq; id fruſtra. Non multū poſt, viſa eſt illi perueniſſe ad limē Eccleſiæ, nec dū tamen poſſe intrare, apparere etiam in veſte pulla. Cunq; ille pſeueraret curās ne qua die ſolita ſtipe fruſtraretur, ſecundo vidit eā in veſte ſubcādida, admiſſam quidē intra eccleſiā: ſed ad altare cōtingere nō permitti. Tertio tandē viſa eſt aggregari cetui candidatorū, & in veſte cādida.

Anima ſororis ſancti Malachiæ primo apparet in foribus templi.

Vides lector quātū valeat deprecatio iuſti aſſidua. Vere regnū cœlorū vim patitur, & violenti rapiunt illud. Nonne tibi videtur Malachiæ oratio vicē quodā modo effractoris exhibuiſſe cœleſtib⁹ portis, quādo peccatrix mulier fraternis obtinuit armis, quod ſuis meritis negabatur? Et in ſermone de triplici genere bonorū, & vigilātia ſuper cogitationibus: Pacē non ſolū fratribus exhibēdā dicimus in via iſta: ſed cū his qui oderūt pacē eſſe pacificū, portare omnes, & à nemine velle portari.

Iacob.5. *Matthæi 11.*

Pſal.119. Confitemur etiam nō modo compaſsionem mortuis & orationem, ſed in ſpe etiam congratulationem adhibendam: quia etſi contri-

ſtandum

ſtandum eſt quòd in locis purgatoriis patiun tur, multomagis collectādum eſt quòd prope eſt vt abſtergat deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & iam non ſit neque luctus, neque clamor, ſed nec vllus dolor quæ prima abierunt. Et ſermone ſexageſimoſexto in Cā tica Canticorum, de erroribus quorundam negantium nuptias, & circa baptiſmum paruulorum, purgatorium ignem, & orationes pro defunctis. Habet & ſemper habebit integram Chriſtus hæreditatem ſuam, & poſſeſſionem ſuam terminos terræ. Se potius ſubtrahunt hinc magnæ hæreditati, qui Chriſto illa conantur detrahere. Videte detractores, videte canes. Irrident nos quia baptizamꝰ infantes, quòd oramus pro mortuis, quòd ſanctorum ſuffragia poſtulamus. In omni genere hominum atque in vtroque ſexu feſtinãt pro ſcribere Chriſtum, in adultis & paruulis, in viuis & mortuis. Hinc quidem infantibus ex impoſsibilitate naturæ, inde vero adultis ex difficultate continentiæ præſcribentes. Porro mortuos viuentium fraudantes auxiliis, viuentes nihilominus ſanctorum qui deſceſſerunt ſuffragiis ſpoliantes. Abſit. Non relinquet dominus plebem ſuam, quæ eſt ſicut arena maris, nec contentus erit paucitate hæreticorũ, qui omnes redemit. Et multo poſt: Nõ credunt autem ignem purgatoriũ reſtare poſt mortem, ſed ſtatim animam ſolutam à corpore vel ad requiem trãſire, vel ad dãnationem.

Apoc.21. *Pſal.2.* *Pſal.94.*

Quærant ergo ab eo qui dixit quoddam pec-
Matthæi 12. catum eſſe,quod neque in hoc ſæculo neque in futuro remitteretur,cur hoc dixerit,ſi nulla manet in futuro remiſsio purgatióve peccati?

Claruit anno domini 1124.ſub Hērico 5. imper.

Rupertus libro tertio Commentariorum in Geneſim,capi. 32.de gladio collocato ante Paradiſum voluptatis flāmeo atque verſatili: Hæc ante paradiſum eſſe poſita ad cuſtodiendum ligni vitæ aditū cum legimus, miramur: cum tamen publica fide teneamus & cōfiteamur,quòd per ignē tranſituri, & non niſi per angelorum miniſteriū examinati paradiſum intraturi ſimus. Terribile valde eſt quod ex hoc loco cum cæteris ſcripturarum locis collato concipitur,verbi gratia, cum eo quod di-
1.Cor.3. cit Apoſtolus. Si quis autem ſuperædificat ſuper fundamentum hoc aurum, argentum, lapides precioſos:ligna, fœnū, ſtipulam, vniuſcuiuſque opus quale ſit,ignis probabit. Si cuius opus manſerit, quod ſuperædificauit mercedem accipiet. Si cuius opus arſerit,detrimētum patietur.Ipſe autem ſaluus erit,ſic tamen quaſi per ignem.Quid enim ex huiuſmodi dictis colligimus,niſi ad hoc flammeū gladiū,atque verſatilem ante paradiſum eſſe collocatum,vt quicunque deinceps admittendi ſunt illuc,tranſeant per examinatorium ignem?Et paulo poſt:Sciendum autem quod tam animabus quàm corporibus ignis ille moleſtiſsimꝰ eſt,& inacceſsibilis cunctis mortalibus.Mortuis

tuis autem, id eſt, mortuorum fideliũ animabus à tẽpore dominicæ paſsionis exuperabilis eſt, & corporibus quoque illorum in reſurrectione erit peruius. Et iterum: Conſequemur & nos omnes, fundamentum quod eſt Chriſtus habentes, alij aurum, vel argentum, alij lapides precioſos: alij ligna, fœnum, ſtipulam, id eſt, diuerſorum quique ponderum vel modorum peccata portantes. Et ſicut horum alia aliis facilius vel difficilius igni conſumũtur: ita quique noſtrum pro diuerſitate peccatorum, alij citius, alij tardius purgati, paradiſi fœlicitatem ingrediẽtur. Et in Apocalypſim, capite 21. libro 12. cõmentariorum: Addens aurum illud ſic fore mundum vt ſimile ſit vitro mundo, quia ſæcularis quoque vitæ nõnulli ſunt ſummis compti virtutibus, qui & puritate mentis, & radio fulgent operis. Nã quia veritatem fidei retinent, recte mundum dicũtur aurum, quia fides aurea virtus eſt, immo & auro precioſior, dicente Petro apoſtolo: vt probatio veſtræ fidei multo precioſior ſit auro quod per ignem probatur. Quia vero ſanctam confeſsionem frequentant, & peccata ſua non defendunt, ſed confitendo aperiunt, recte vitro mundo ſimile dicitur hoc aurum. Quod ſiquid repræhenſibile adhuc in eis eſt, ſperandum eſt quia poſt purgatoriũ ignem fulgidum magis placebit hoc aurũ, ita vt totum aurum ſit, quia ſicut ait apoſtolus: Vniuſcuiuſq; opus quale ſit ignis probabit, etſi

1. Petr. 1.

1. Cor. 3.

etſi cuius opus arſerit, id eſt, peccatum ſolubile fuerit, ipſe ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem.

Claruit anno domini.1130. ſub Henrico 5. Imper. Hugo de ſancto victore in quæſtionibus in priorẽ ad Corinthios, quęſtione.4. Quæritur vtrum omni iuſto reueletur ſtatim poſt mortem eius, de eius ſalute. Videtur enim ꝙ non. Nam cum iſta reuelatio ſit plena cognitio quæ eſt æterna beatitudo: *Ioan.17.* videtur ſi hoc concedatur, quod nullus ſit in pœnis purgatoriis, ſimul enim in pœna & gloria quis eſſe poteſt? Solutio. Perfecti ſtatim ad cognitionẽ ſummi boni tranſeunt, in quo eſt æterna beatitudo. Minus autem perfecti antequàm ad ęternam beatitudinem perueniant, per pœnas purgatorias tranſeunt, certi tamen de ſua tandẽ requie. Quòd autẽ pœnæ purgatoriæ ſint *Auguſt.* manifeſtat Auguſtinus dicens: Mitiſsima pœna purgatorij grauior eſt qualibet pœna tẽporali quæ apud nos eſt: non poſſunt itaq; ſimul eſſe pœna & gloria in igne tali. Et lib.2. de ſacramentis capite 4. De locis pœnarum: Eſt autem alia pœna poſt mortẽ quæ purgatoria dicitur, in qua qui ab hac vita cũ quibuſdã culpis, iuſti tamen & ad vitam prædeſtinati exierunt, ad tempus cruciantur vt purgentur: cuius locus omnino determinatus non eſt, niſi quia multis exemplis & reuelationibus animarum in eiuſmodi pœna poſitarum ſæpenumero monſtratum eſt in hoc mũdo illã exerceri: & fortaſsis probabilius erit, vt in iis potiſsimum

tiſsimum locis ſingulæ pœnam ſuſtinere dicantur, in quibus culpam commiſerunt, ſicut multis ſæpe documentis probatum eſt. Alia vero ſiqua ſunt harum pœnarum loca, non facile aſsignantur. Et paulo poſt: De perfectis quippe bonis dubium non eſt quin egrediẽtes ſtatim ad gaudia tranſeant. Similiter etiam & de valde malis dubium non eſt quin exeũtes hinc ſine mora ad inferni tormenta deſcẽdant. De imperfectis quoque bonis certum eſt quod nunc interim quibuſdam pœnis vſque ad plenam videlicet purgationem à venturis gaudiis differantur. Et capitibus ſequentibus ipſe Hugo citat in hanc rem beatum Auguſtinum & beatum Gregorium in dialogis.

Locus purgatorij fere vbi culpa patrate.

Brunio primus prior ordinis Cartuſienſis, in priorem ad Corinthios, ad id capitis. 3. Vnuſquiſque autem videat quomodo ſuper ædificet: Ille ſuperædificare dicitur qui vel virtutes ędificat, vel ſi peccat nõ ita tamen vt fundamentum deſtruat, quod deſtruitur per criminalia, niſi per aptã pœnitentiam deleantur. Et infra: Notandum eſt quod ſuper ædificare dicantur hi ſolũ quorũ culpis non deſtruitur fundamentũ, qui enim deſtruit, potius dicẽda eſt euerſio peccati, quàm ſuperędificatio. Et iterum: Siquis autem ſuperedificat ſupra hoc fundamentum, id eſt, fidem, aurum, argentum, lapides precioſos. Per hæc tria, virtutes, ſed diſcrete intelliguntur: Vel ligua, fœnum,

Claruit ſub Hẽrico 5. Imper. anno domini. 1132.

ſtipulam: Per hæc tria, diſcreta mala, quæ tamen fundamentum non deſtruant accipiuntur. Hæc autem omnia per ignem, ſicut proximè ſubiunget, probabuntur. Per aurũ perfecta iuſtitia: vt eorum nihil pœnitus purgandum ſit, qui vtique per ignem tranſituri ſunt, non vt ibi aliqua acerbitate detineantur: ſed ſicut puriſsimum aurum igni adhibitum non ſolum nullum patitur detrimentum, ſed per hoc maiori nitore fit ſplendidius: ſic perfecti ignis vtique leſionem non ſentiunt, ſed probatiores agilitate virtutum, ab hoc igne facillime emergunt. Per argentum ſignificãtur iuſti, in quibus tamẽ aliqua leuia purgãda ſunt, quia velut argentum in igne poſitum decoloratur, qui color arte artificis poſt ignem redditur: ſic illi ignem quidem patientur ſed leuiter, quia leuia commiſerũt. Per lapides precioſos ſignãtur iuſti, licet præmantur aliquot venialibus, magis tamen adhæſerunt iuſtitiæ & ideo patientur quidẽ in igne magis his prędictis: quemadmodum lapides precioſi plus detrimenti per ignem ſentiunt quàm argentum. Pluraliter ideo lapides dixit, quia in hoc gradu diuerſi erunt, & ſecundum diuerſitatẽ meritorum ſentient. Per hæc tria genus, perfectorum: per tria quæ ſequũtur, ſignãtur imperfecti. Per ligna, accipiuntur hi qui in mũdo quidem remanent, vxores, filios, & poſſeſſiones habent: quos pẽſare oportet quæ vxo-
1.Cor.7. ris ſicut & filiorum, & ideo plurimũ laborare.

Nec

Nec orationibus Eccleſiæ propter hoc quomodo deberent, poſſunt intereſſe. Hi tamen quia non ſic diligunt mũdum, vt eũ deo præponant: ſaluabuntur quidem, ſed tamen diu per ignem punientur, quemadmodum lignum longa materia eſt ignis, & multo ſpatio comburitur. Per fœnum, ſignantur illi qui aliquãdiu quidem affliguntur per ignem, ſed velut fœnum quod cito in igne deficit, cito euadẽt. Per ſtipulam vero, quę propter ariditatem citius fœno comburitur, ſignantur hi quorum pœna compendioſa erit in tranſitu ignis. Et iterũ: in morte enim hominis paratus eſt diabolus cum igne & tortoribus ſuis. Et ſi quid purgandum purgat per adhibitum ignem. Si vero nihil purgationis eſt opus, vt in beato Martino ipſa euaſio ignis reuelat bonitatem ſui operis: vt in eo quem torquet, fuiſſe aliquid ſordis. Sed quia nondum plane poteſt hoc videri, in igne purgatorio ſingulis ſingulorum opera reuelabuntur. Verè opus cuiuſque reuelabitur in igne. Et infra: Malum opus probabit ignis. Nã ſi opus alicuius arſerit, id eſt, ardere poſſe inuentum fuerit, vt lignum, fœnum, ſtipula: hic vtiquè patietur detrimentum, & affligetur per violentiam ignis: ſed licet patiatur detrimentum, tamen ipſe ſaluus erit, ſic tamen dico ſaluum quaſi per ignem tranſiturum. Prius enim quod dulce committere fuit, puniri oportet per amaritudinem ignis.

B. Martinus nil habuit purgãdũ poſt mortem.

Petrus

Petrus Lombardus in quarto ſententiarũ diſtinctiõe 20. in fine: Si quęritur de illo qui ad pœnitentiam feſtinans ſacerdotem inueni- re non potuit, & ita deceſsit, vtrum oblatio e- ius ſit recipienda? Dicimus quia eſt, vnde in Appanenſi cõcilio: Si aliquis fuerit mortuus qui non ſit confeſſus, & teſtimoniũ habet bo num, & non poterat venire ad ſacerdotem ſed præoccupauit enim mors in domo, vel in via, faciant pro eo parentes eius oblationem ad altare, & dent redemptionem pro captiuis. Et diſtinctione 21. Solet etiam quæri vtrũ poſt hanc vitam aliqua peccata remittãtur? Quod aliqua poſt hanc vitam remittantur, Chriſtus oſtendit in euangelio, vbi ait: Qui peccauerit in ſpiritum ſanctum, nõ remittetur ei, neque in hoc ſeculo neque in futuro. Ex quo datur intelligi, ſicut ſancti doctores tradunt, quòd quædam peccata in futuro dimittẽtur. Quædã enim culpæ in hoc ſeculo relaxantur, quædam vero parue etiam in futuro, quæ quidem poſt mortem grauant: ſed dimittuntur, ſi digni ſunt, ſi bonis actibus in hac vita meruerũt vt dimitantur eís. De illis etiam qui ædificant lignum, fœnum, ſtipulam, dicit Auguſtinus, quòd ignem tribulationis trãſitorie inueniẽt cremabilia ædificia quæ ſecum portauerunt homines cremantes. Et paulo poſt: In illo autẽ igne purgatorio alij tardius, alij citius purgantur, ſecundum quòd iſta pereuntia magis vel minus amauerunt: Et iterum: Affectiones carnales

Claruit anno domini. 1140 ſub Conrado 3. Imper.

26. 1. q. Si aliquis.

Matth. 12.

1. Cor. 3.

Auguſt.

carnales quibus dediti ſunt domibus, coniugibus, poſſeſsionibus, ita vt nihil præponant Chriſto, illis tribus nẽpe ligno, fœno, ſtipula, ſignificantur, quæ in mentes perfectorum nõ cadunt, etſi alia venialia admittant. In cordibus vero minorum interdum durant vſque ad finem, qui cum talibus ędificiis tranſeunt, ſed diſſoluuntur in igne. Ipſi vero merito fundamenti ſalui erunt, grauiſsimam tamen pœnam ſentient. Ex quo apparet quantam hic miſericordiam exhibet deus, & quantam ibi exerceat ſeueritatem, cum pro eodem peccato multo grauius ibi puniat quàm hic. Et iterum: Poteſt quis de omni mortali & de omni veniali pœnitere excepto vno vel pluribus venialibus quidẽ. Sicut habet quis charitatem & vnum vel plura venialia, quod de criminalibus nullatenus eſſe poteſt. Eſt enim aliquis bonus charitatem habens, ſed adhuc quodam cupiditatis affectu amans hæc ſecularia, s tali exiſtens ſubita morte opprimitur. In illo terreno affectu mortuus eſt, & tamen ſaluabitur, à quo non ſe hic abſoluit, ergo poſt hanc vitam purgabitur. Conſtat ergo quædam peccata ſcilicet leuia poſt hanc vitam dimitti. Si vero de pœna peccati illud intelligi voluiſſent authores, cur magis commemoraſſent leuia quàm grauia, cum etiam grauium pœna hic in expleta poſt hanc vitam reſtet? Et diſtinctione 45. Idem Magiſter ſententiarum

tentiarum quàm plurima in eandem rem habet. Et ſimiliter in caput quintũ, poſterioris ad Corinthios, & in caput quartũ prioris ad Theſſalonicenſes, ſed ex beati Auguſtini ſcriptis decerpta.

Pontificatum geſſit anno domini.1200.

Innocentius papa tertius de officio Miſſæ, particula quinta, capite 6. de memoria defunctorũ: Memento domine. Orat pia mater Eccleſia non ſolum pro viuis, ſed & pro defunctis, & eos ſacre interceſsione oblationis commendat, certiſsime credens, quòd ſanguis ille precioſus qui pro multis effuſus eſt in remiſ-

Matth.26.

ſionem peccatorum, non ſolum ad ſalutem viuẽtium: verum & ad abſolutionem valeat defunctorum, qui cum ſigno fidei præcedunt ad dominum, non quòd ibi ſit fides aut ſpes vbi ſpecies eſt & res. Nam fides euacuatur, charitas nunquàm excidit: ſed ſignum fidei pro

1.Cor.13.

charactere Chriſtianitatis accipitur, quo fideles ab infidelibus diſcernuntur. Et paulo-poſt: in hoc loco ſacerdos quorum maluerit defunctorum, debet agere memoriam ſpecialem.

Claruit anno domini.1240 ſub Frederico. 2.Imper.

Vincentius Gallus, in ſpeculo morali, diſtinctionis 10. pte prima, de purgatorio: Sciẽdum quod pœnã purgatoriã eſſe perquã purgantur animæ poſt hanc vitam, probatur per verbum ipſius veritatis maxime Matthæi 12. Qui dixerit contra ſpiritum ſanctum verbũ, non remittetur ei neque in hoc ſæculo neque in futuro: ergo in futuro aliquod peccatum remittitur,

remittitur, aliquod non. Sed neque in inferno, neque in paradiſo, habet locum peccatorum remiſsio, ergo eſt ibi alius locus purgationis, per quam pœna remittitur. Sic probat hoc Gregorius dialog. 41. dicens: Quod de vno negatur, cõſequẽs intellectus patet quia de quibuſdam cõceditur. Negatur de vno cũ dicitur: Non remittitur ei, &c. Et probatur per verbum Apoſtoli 1. Cor. 3. dicẽtis: Siquis autem ædificet &c. Et poſt: Vniuſcuiuſq; opus quale ſit, ignis probabit. Si cuius opus mãſerit quod ſuperædificat, mercedem accipiet. Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur, ipſe autem ſaluus erit, ſic tamẽ quaſi per ignẽ. Ad hoc pertinere poteſt illud: Tranſiuimus per ignem & aquam, & induxiſti nos in refrigeriũ. Idem patet Sapientiæ 3. Tanquã aurum in fornace probauit eos, & quaſi &c. Et paulo poſt: Ad ſummam iuſtitiã pertinet, vt pro culpa quę nõ eſt ad mortem, infligatur pœna nõ ad mortem, vt pœna reſpondeat culpæ. Apoc. 2. Ego Dominus ſcrutans corda & renes, & do vnicuique ſecundũ opera ſua. Marc. 4. In mẽſura qua menſi fueritis, remetietur vobis. Ergo neceſſe eſt vt qui plus peccat, plus puniatᷣ, vel hic, vel in futuro. Si autem duo migrãt æqualiter contriti, & vnus peccauit parum, & alius minus: neceſſe eſt ex quo non puniuntur hic inæqualiter, quòd puniantur in futuro plus vel mimus. Et infra: Sicut ſumma bonitas nõ patitur quòd bonũ remaneat irremu

Gregorius.

Matthæi 12.

Pſal. 63.

nera

neratum:ita ſumma iuſtitia nõ patitur,quòd malum remaneat impunitum. Item quia tanta eſt dignitas ſummæ lucis, quod eam ſoli mundi corde videre poſſunt, vnde neceſſe eſt vt anima ad mundiciam baptiſmalem perueniat antequàm diuino conſpe&tui præſentetur. Item quia culpa offendit diuinam maieſtatem, damnificat Eccleſiá, & maculat ſeu deformat in anima diuinam imaginem.Offenſa autem requirit punitionem, damnũ ſatiſfactionem, deformatio purgationẽ: Ideo neceſſe eſt quòd pœna punitiua, ſatisfactoria, & purgatoria reſpondeat culpæ,hic vel alibi. Et ideo qui hic ad plenum purgati non fuerint, neceſſe eſt quod alibi puniantur, ſatisfaciant, & purgentur. Et infra: Circa ſecundum ſcilicet de loco purgatorii. Sciendum quòd dupliciter aſsignatur aut ſecundũ legẽ cõmunẽ, & ſic eſt in vno loco, ſcilicet in parte inferni circa limbum patrum: aut ſecundum diſpenſationem ſpecialem, & ſic animę purgantur in diuerſis locis, in quibus ſcilicet peccauerunt, vel alibi ſicut diuinæ ſapiẽtiæ ex cauſa rationabili (licet nobis ignota) placuerit ordinare. Et iterum: Circa tertium, ſcilicet qui & pro quibus cauſis ibi puniantur. Sciendum quòd ibi puniuntur qui hic tarde ad conuerſionẽ veniũt, & pro venialib⁹ peccatis, vel pro mortalibus de quibus pœnituerant quidem: ſed ſatisfactionem condignam minime compleuerunt, quia quod minus hic faciunt, ibi ſupplent

Matthæi 5.

Purgari poſſunt animæ in diuerſis locis.

plent. Et diſtinctione vndecima: Circa ſecundum principale, ſcilicet quare pœna purgatorii ſit timenda. Sciendum quòd propter acerbitatem, diuerſitatem, diuturnitatem, ſterilitatem, damnoſitatem, & ſubuenientium paucitatẽ. Et diſtinctione 12. Circa tertiũ principale, ſcilicet quę nos mouere debent ad compatiendum animabus in purgatorio exiſtentibus. Sciendum quòd ad compatiendum eis viſceraliter ex affectu, & efficaciter cum effectu, tria debent ſpecialiter nos mouere. Primum eſt, ſtatus eorum pia conſideratio. Secundum eſt, beneficiorum quæ ab eis recepimus grata recognitio. Tertium eſt, indigentiæ noſtræ futuræ pendens meditatio. Et diſtinctione decimatertia. Circa quartum principale, ſcilicet qualiter iuuari poſſunt animæ defunctorum. Sciendum quòd iuuari poſſunt per Miſſarum celebrationes, fidelium oblationes, deuotas orationes, eleemoſynarum largitiones, pœnitentiales afflictiones, legatorum executiones, debitorum reſtitutiones.

Hugo cardinalis in ſecũdum Machabæorum ad id capitis duodecimi. At vero fortiſſimus Iudas &c. Glo. Quòd poſt vitæ pręſentis exitum orandum ſit pro defunctis, & præſens locus oſtendit, & Dominus in Euangelio Matthæi duodecimo. c. Marc. 3. d. Lucæ, 12. b. Vbi dicit, quòd qui verbũ dixerit cõtra

Claruit ſub Frederico. 2. imp. anno domini, 1240.

Spiritū ſanctum, nō remittetur ei in hac vita neque in futura. Cum enim dixit vnum irremiſsibile eſse peccatum, oſtendit alia tam in pręſenti vita quàm in futura poſſe remitti. vnde Auguſtinus: Eis ſacrificium altaris, & eleemoſynæ Eccleſię proſunt, qui cum viuerent, vt hæc ſibi prodeſſe poſſent, meruerunt. Eſt enim quidam viuēdi modus nec tam bonus, vt non requirat iſta: nec tam malus, cui non proſint iſta. Et eſt tam bonus vt hæc non requirat, & eſt tam malus vt ei iſta non valeant. Et licet dicat Apoſtolus 2. Cor. 5. b: quod omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis prout geſsit, ſiue bonum ſiue malum: tamen hic omne meritum comparatur: quia in corpore hoc quiſque promeruit vt ei poſsint ita prodeſſe poſt mortem. Iſta ergo pro valde bonis gratiarum actiones ſunt, pro non valde malis propitiationes ſunt, pro valde malis etſi nulla ſint adiumenta mortuorum, qualeſcunq; tamē ſunt conſolationes viuorum. Quibus autem proſunt, aut ad hoc proſunt, vt plena ſit remiſſio, aut certe vt tolerabilior ſit ipſa dānatio, id eſt purgatorii cruciatio, quia de non valde malis hoc intelligitur: quod patet per hoc ꝙ dicit: Quibus autem proſunt &c. Nam valde malis (vt dictum eſt) nihil proſunt. Et in tertium caput prioris ad Corinthios: Ponit ergo Auguſtinus ſub ſi, vtrū ignis purgatorius ſit, & etiam forſitan dicit. Videtur ergo quaſi dubium

Auguſt. (margin)

dubium vtrunque, ergo poni poteſt vtrunlibet ſane. Si ergo dicatur quòd ignis purgatorius non eſt, non eſt inconueniens: quod falſum eſt, immo contra fidem eſt, quia ponunt ſancti omnes quoniam eſt. Solutio. Li ſi, & li forſitan, non eſt ſignum dubitationis, ſed philoſophici temperamenti. Sancti enim quãdoque quæ maximè certa ſunt, quaſi dubia terminant, ne videantur ex ſuperbia ſic determinare. Grauior tamen erit ille ignis, vnde alibi dicit Auguſtinus, quòd ita ſe habet ad ignem noſtrũ ignis purgatorii, ſicut ignis noſter ad ignem depictum. Sed ſecũdum hoc ignis purgatorii improportionabilis eſt pœnę pręſenti & ibi puniẽtur venialia, ergo plus puniet ibi aliquis ꝓ veniali, quàm poſſet puniri in præſenti, quod concedũt quidã. Alii dicũt quoniam quòd hic dicitur de igne, intelligitur de quadam pœna, non de illa qua puniẽtur pro venialibus, ſed tamen in infinitum grauior eſt ignis purgatorii qualibet pœna præſenti. *Si, & forſitã, non ſemper ſunt ſigna dubitationis.* *Auguſtinus.*

B. Thomas Aquinas, li. 4. cõtra gẽtiles c. 91. Conſiderandum eſt quòd ex parte bonorum aliquod impedimentum eſſe poteſt, ne animæ ſtatim à corpore abſolutę vltimã mercedem recipiant, quæ in Dei viſione cõſiſtit. Ad illam enim viſionem creatura rationalis eleuari nõ poteſt, niſi totaliter fuerit depurata, cum illa viſio totam facultatem naturalem creaturæ excedat. vnde Sapiẽtiæ 7. dicitur de Sapientia, quòd nihil inquinatum in illam in- *Moritur anno domini 1274. ſub Arnulpho imper.*

 currit.

currit. Et Eſaiæ 32. dicitur: Non tranſibit per eam pollutus, polluitur autem anima per peccatum inquantum rebus inferioribus inordinate coniungitur, à qua quidem pollutione purificatur in hac vita per pœnitentiam & alia ſacramenta. Quandoque vero contingit quòd purificatio talis nõ totaliter perficitur in hac vita, ſed remanet adhuc debitor pœnę, vel propter negligentiam aliquam, aut occupationẽ aut etiã quia debitor pœnæ hic morte peruenitur, nec tamen propter hoc meretur totaliter excludi à præmio, quia hæc abſque peccato mortali contingere poſſunt, per quod ſolum tollitur charitas, cui præmiũ vitæ æternæ debetur. Oportet igitur quod poſt hanc vitam purgentur antequã finale præmiũ conſequantur: purgatio autẽ hæc fit per pœnas, ſicut etiam in hac vita per pœnas ſatisfactorias purgatio cõpleta fuiſſet, alioquin melioris cõditionis eſſent negligentes quàm ſoliciti, ſi pœnam quam hic pro peccatis nõ implent, nõ ſubſtineant in futuro. Retardantur igitur animæ bonorũ qui habent aliquid purgabile in hoc mundo à præmii conſecutione, quouſq; pœnas purgatorias ſuſtineant, & hæc eſt ratio quare purgatorium ponimus. Huic autem poſitioni ſuffragatur dictum Apoſtoli 1. Cor. 3. Si cuius opus arſerit detrimentum patietur: ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem. Ad hoc etiã eſt cõſuetudo vniuerſalis Eccleſiæ quæ ꝓ defunctis erat, quæ quidem

Conſuetudo vniuerſalis Eccleſia orat pro defunctis.

dem oratio inutilis eſſet, ſi purgatorium poſt mortem non ponatur: non enim orat eccleſia pro his qui iam ſunt in termino boni vel mali, ſed pro his qui nondũ ad terminũ peruenerunt, Et cap. 94. oſtendit quòd animæ in purgatorio immutabilẽ habent voluntatẽ. Et in 4. ſenten. diſtinct. 21. ſuadens eſſe purgatoriũ, ſubdit: Sed cõtra 2. Machab. 12. dicitur, Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur: ſed pro defunctis qui ſunt in paradiſo non eſt orandum, quia illi nullo indigent, nec iterum pro illis qui ſunt in inferno, quia illi à peccatis ſolui non poſſunt: ergo poſt hanc vitam ſunt aliqui à peccatis nondum abſoluti, qui ſolui poſſunt. Et tales charitatem habent, ſine qua nõ fit peccatorum remiſsio, quia vniuerſa delicta operit charitas, Prouerbiorũ decimo, Vnde ad mortem æternam non deuenient quia qui viuit & credit in me, nõ morietur in æternum, Ioannis vndecimo. Nec ad gloriam inducentur niſi purgati, quia nihil immundum ad illam perueniet, vt patet Apocalypſis vltimo, ergo aliqua purgatio reſtat poſt hanc vitam. Propterea Gregorius Niſſenus dicit: Si aliquis Chriſto amico cõſẽtiẽs in hac vita purgare peccata min⁹ potuerit, poſt tranſitũ hinc per purgatorii ignis conflationem expeditur, ergo poſt hanc vitam reſtat aliqua purgatio. Et infra: Reſpondeo. Dicendum ad primam quæſtionem, quod ex illis quę ſupra *Gregorius Niſſenus.*

determinata ſunt, ſatis poteſt conſtare purgatorium eſſe poſt hanc vitam. ſi enim per contritionẽ deleta culpa non tollitur ex toto reatus pœnæ, nec etiam ſemper venialia dimiſsis mortalibus tollũtur, & iuſtitia dei hoc exigit vt peccatũ per pœnam debitam ordinetur: oportet quòd ille qui poſt contritionem de peccato decedit & abſolutionem, ante ſatisfactionem debitam, quòd poſt hanc vitam puniatur: & ideo illi qui purgatorium negãt, cõtra diuinam iuſtitiam loquuntur, & propter hoc erroneum eſt, & à fide alienum. vnde Gre-

Gregorius Niſſenus. gorius Niſſenus poſt prædicta verba ſubiungit: Hoc pdicamus dogma veritatis ſeruãtes. & ita credimus. Hoc etiam vniuerſalis eccle-

2. Machab. 12. ſia tenet pro defunctis exorãs vt à peccatis ſoluantur. quod non poteſt niſi de illis qui ſunt in purgatorio, intelligi. Eccleſiæ autẽ authoritati quicunque reſiſtit, hæreſim incurrit. Et infra, ad ſecundam quæſtionẽ: Dicendũ quòd de loco purgatorii non inuenitur aliquid expreſſe determinatũ in ſcriptura, nec rationes poſſunt ad hoc efficaces induci: tamẽ probabiliter & ſecũdũ quod cõſonat magis ſanctorũ dictis, & reuelationi factæ multis, loc⁹ pur-

Duplex purgatorii locus. gatorii eſt duplex. Vn⁹ ſecũdũ legẽ cõmunẽ: & ſic loc⁹ purgatorii eſt loc⁹ inferior inferno coniũctus: ita quòd idẽ ignis ſit qui dãnatos cruciat in ĩferno, & q iuſtos ĩ purgatorio purgat, quãuis dãnati ſecũdũ quòd ſunt inferiores merito, & loco inferiores ordinandi ſunt.

Alius

Alius eſt locus purgatorij ſecundum diſpoſitionem, & ſic quandoque in diuerſis locis aliqui puniti leguntur, vel ad viuorum inſtructionem, vel ad mortuorum ſubuentionem, vt viuentibus eorum pœna innoteſcen, per ſuffragia Eccleſiæ mitigaretur. Et infra, ad tertiam quæſtionem: Dicēdum quòd in purgatorio erit duplex pœna, vna damni, inquātum ſcilicet retardātur à diuina viſione: alia ſenſus, ſecundum quòd ab igne corporali puniētur. Et quantum ad vtrunq; pœna purgatorij minima excedit maximam pœnam huius vitæ. Quanto enim aliquid magis deſideratur, tanto eius abſentia eſt moleſtior, & quia affectus quo deſideratur ſummū bonum poſt hāc vitam, in animabus ſanctis eſt intēſiſsimus, quia nō retardatur affectus mole corporis, & etiā quia terminus fruendi ſummo bono, iam adueniſſet, niſi aliquid impediret, ideo de tardatione maxime dolent. Similiter etiam cum dolor non ſit lęſio ſed lęſionis ſenſus, tanto aliquid magis dolet de aliquo lęſiuo, quanto magis eſt ſenſitiuum. Vnde lęſiones quæ fiūt in locis maximè ſenſibilibus, ſunt maximum dolorem cauſantes: & quia totus ſenſus corporis eſt ab anima, ideo ſi in ipſam animam aliquod lęſiuū agat, de neceſsitate oportet quòd maxime affligatur. Quòd autē anima ab igne corporali patiatur, hoc ad præſens ſupponimus, quia de hoc infra, diſtinctione. 64. dicetur. & ideo oportet quòd pœna purgatorij quantum

Duplex pœna ī purgatorio.

Minima purgatorij pœna excedit maximam huius mundi.

quantum ad pœnam damni & ſenſus, excedat omnem pœnam iſtius vitæ.

Claruit anno domini 1320. ſub Ludouico Imper.

Nicolaus delira ad id Numerorum 20. fleuit ſuper eo triginta dieb⁹. Ex hoc cœpit Eccleſia cōſuetudinem faciendi memoriam defunctorum die triceſima ſepulturæ. Et ad id 1. Corinth. 3. ligna, fœnum, ſtipulam: Dicendum quòd per iſta intelligitur vera doctrina, curioſa tamen & vana, ſeu cupiditate quæſtus deprauata: non in ſe, ſed ex parte docentis, & talis doctrina ſtat cum fundamento: doctor tamen meretur pœnam purgatorij, & ſic finaliter ſaluari. Et infra: Quia in igne reuelabitur ſcilicet purgatorij, qui idem eſt cum igne inferni ſecundum quod dicit Gregorius: ſicut enim in eodem igne aurum rutilat & palea fumat, ſic idem ignis purgat electos, & dānat reprobos: ſed reprobis eſt ad ſemper, electis tantum ad tempus. Et iterum: Detrimentum patietur, quia ad tempus pœna ſenſus & pœna damni punietur, tamen finaliter ſaluabitur. Et ad id ſecundi Machabæorum duodecimo: Atque ita ad preces conuerſi rogauerunt, vt id quod factum fuerat delictum, obliuioni traderetur: hic conſequenter ponitur cura de animabus, & hoc dupliciter, ſcilicet in orando vt id quod factum fuerat, &c. vt ad punitionem non reſeruaretur vltra coram domino. Et mittendo pecuniam in Hieruſalem, vt ibi offerretur ſacrificium pro remiſsione peccati mortuorum. Et in Thobiā,

B. Gregor.

ad

ad id capitis quarti: Panem tuum & vinum tuũ ſuper ſepulturam iuſti conſtitue: Ex hoc aliqui accipientes occaſionẽ errandi ſolebant ſuper ſepulchra parẽtum defunctorum cibaria ponere quaſi mortui cibis corporalib⁹ indigerent quod improbat Auguſtinus in ſermone de cathedra ſancti Petri. Alij vero magna feſta in morte parentum faciebant ad oſtentationem,& inde depauperabantur. Hoc autem non intelligit hic Thobias ſed quòd in morte iuſtorum paſcẽdi ſunt pauperes pro animabus earum. Et ad id Eccleſiaſte nono: Mortui nihil nouerunt, nec habent partem in hoc ſeculo: id eſt, in ſuffragiis quæ viui faciunt pro defunctis,quę nõ valent eis:loquitur enim ibi Eccleſiaſtes, de malis mortuis. Et ad id beati Lucæ decimoſexto: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula: Cum defeceritis(inquit)à præſenti vita,recipiant vos in æterna tabernacula,id eſt,per ſua merita & ſuffragia impetrent apud deum, vos familiariter recipi in beata vita. *Auguſt.*

Ludolphus Cartuſienſis in vita Chriſti, parte prima, capite viceſimo, de pœnitentia facienda: Attende etiam quia plus valet hic in patiẽtia dies vnus, quàm in purgatorio annus. vnde in Ezechiele: Diem pro anno dedi tibi, pœna tamen purgatorij excedit omnem pœnam temporalẽ huius vitæ, dicit enim Auguſtinus, quòd ille ignis purgatorij durior eſt *Claruit anno domini. 1331.* *Ezech.4.* *Auguſt.*

quàm

quàm quicquid in hoc ſeculo pœnarum aut ſentire aut videre aut cogitare quis poteſt. Et ſecunda parte, capite 87. de finali iudicio: De purgatorio ſciendum, ꝙ in eo duplex pœna eſt, vna damni de carentia diuinæ viſionis: alia ſenſus de afflictiõe caloris aut frigoris, vel pœnę alterius generis: & quantum ad vtrumque minor pœna purgatorij, maior eſt quàm

Bernardus. maxima pœna huius mundi. Bernardus: Sola dies purgatorij ſuperat paſsiones ſanctorum. Ratio autem acerbitatis pœnæ purgatorij eſt iſta, quia cum deus plus quærat emendam ꝙ̃ pœnam, plus ponderat in pœnitẽtia virtutem bonę voluntatis, quàm pœnam afflictionis. Vnde plus ponderat deus modicam pœnã voluntariam in præſenti, quàm multam non ita voluntariam in futuro: ſicut plus valet modicum auri, quàm multum plumbi. Vnde ſecũ-

Auguſt. dum Auguſtinũ: Vna gutta aquæ lachrymarum tantum facit hic pro emenda, quantum decẽ anni in purgatorio. Et oportet vt quod ibi deficit in voluntate, ſuppleatur in acerbitate. Neceſſe eſt autẽ, vt ait Auguſtinus, quòd tantum vrat dolor, quantum inhęſerat amor. Tanto enim quiſque torquetur diutius, quanto affectus eius venialibus inhærebat fortius. Vnde tandiu differtur quis à gloria, quouſque fiat ſine omni macula, ſicut erat in

Venialia non ſunt contemnenda. baptiſmo. Noli ergo contemnere venialia, pro quibus tanta pœna eſt expectãda. Cũr autem anima incorporea corporalibus pœnis teneatur,

tur,declarat Auguſtinus,dicens: Animæ quæ in corporibus viuẽtes per dilectionem rerum viſibilium corporalibus imaginibus afficiuntur, à corporibus exeũtes in eiſdem imaginibus tormenta patiuntur. Propterea enim corporalibus paſsionibus ibi teneri poſſunt,quia à corruptione corporalium affectionum hic mundatę non fuerunt: quam corpulentiã de corporis delectatione traxerũt. Et iterum: Si enim anima à corruptione corporalium affectionum hic nõ mũdatur, corpore exuta corporalibus tenetur paſsionibus. Studeat igitur in hac vita ſe ab huiuſmodi petulantia mundare,quatenus cum hinc exierit,nihil corporeum ſecum trahat, & à corporis paſsione immunis exiſtat. Hæc Auguſtinus. Suffragiorum autem ſunt quatuor modi generales, ad quos omnes alij reducuntur, ſcilicet oratio, ieiunium,eleemoſyna, & ſacramẽtum altaris. Hæc ſuffragia proſunt defunctis ſecundũ magis & minus pro diuerſitate meritorũ in mortuis,vel pro charitate viuorũ, qui magis ſolicitantur pro mortuis aliquibus quàm pro aliis. Illa enim ſuffragia quę ſpecialiter fiũt pro aliquibus, plus valẽt illis, quàm aliis,licet etiã aliis aliquo modo communicentur. Suffragia vero quæ cõmuniter fiũt pro defunctis, quãuis omnibus pro modulo ſuo proſint,illis tamen amplius qui dũ eſſent in ſtatu vitæ, magis meruerunt vt ſibi prodeſſent. Vnde Gregori⁹: Illis ſacrę victimę mortuis proſunt,qui hic

August.

Quatuor modi ſuffragiorũ generales pro defunctis.

Gregor.

hic viuendo obtinuerunt, vt eos etiam poſt mortem bona adiuuent quæ hic pro ipſis ab aliis fiunt. Et infra: Quia in modo agendi pœnitentiam raro pœnitentes docti ſunt, non omnes pœnitentiam veram agunt. Nam ſecundum Ambroſium & Gregoriũ, facilius inueniuntur qui innocentiam ſeruauerunt, q̃ qui veram pœnitentiã egerunt. Et ideo pauci ſunt qui igne purgatorij non indigẽt, vnde Bernardus: Iudicent & ſentiant alij vt volũt, ego certe adhuc nullum pœnitentem noui quem nõ eſtimem igne & flammis purgatorij indigere. Mecum fœliciſsime actum credam, ſi vſq; ad diem iudicij ita me purgatorium, id eſt, cõflatorium omni ſcoria permundabit vt audeam iudici purgatus occurrere, hęc Bernard⁹. Ecce quid ſperare poſſunt multi miſeri, ſi ille vir tam ſanctus de ſe ſic tremuit & expauit. Et ca. 58. de paſsione domini meditanda: Qualiter hæc vtiliſsima meditatio pœnam purgatorij relaxare habeat, tibi indicabo. En author naturæ nihil inordinatum in ſua natura relinquit, ſed nec diuina iuſticia quicquàm impunitum dimittit quod non aut hic, aut in futuro debite correctioni ſubiaceat. Quando igitur putas quod finem habitura eſſet pœna alicuius peccatoris, qui multis criminibus obnoxius condignam ſatisfactionem pro quolibet mortali pro mileſima parte non impleuiſſet, quam exoluere in locis purgatorij decedens cogeretur vſque ad minimum quadrantem?

Ambroſ. *Gregor.* *Bernardus.*

tem?O nimis longa miſere animę expectatio. O diutina & acerba nimium cruciatio, dolor perſeuerans & in menſus, pœnitentia grauior omni terreſtri cruciatu. Sed vide quòd hanc pœnam leuiſsima & breuiſsima ſatisfactione compenſare poſſet quicunque ipſam de theſauro paſsionis agni immaculati recipere ſciret. *1. Petr. 1.* Hic nãque theſaurus precioſiſsimus propter charitatem maximam perſonamq́; digniſſimam ac dolorem immenſiſsimum, ſufficiẽs eſt & ſuperabundans. Et ideo taliter poſſet ſe homo ad hunc applicare & de eius merito & ſatisfactione tã deuote ad ſe trahere, vt ſi mille annis purgari deberet, in breui de toto liberaretur. Si ergo vis pœnam purgatorij longã & acerbam, in temporalem breuem & leuem cõmutare, ſtudeas hæc facere. Primũ omniũ, debes corde cõpuncto & ſpiritu tribulato, cũ gemitu cordis enormitatẽ peccatorũ tuorum grauiſsime põderare, cõfitẽdo aduerſum te in iuſtitiã tuam domino, amariſsime recogitãdo qd feceris, quẽ offenderis, quidue merueris. *Quomodo cõmutari queat pœna purgatorii lõga & acerba in breuẽ & leuem.* Peccaui (inquiẽs domine) ſuper numerũ arenę maris. *Pſal. 31.* Deinde debes te ipſum corã oculis ęterni iudicis humiliter deſpicere & vilẽ æſtimare, ita vt cũ Publicano oculos immundos nec audeas ad cœlum leuare nec labiis pollutis nomen illud glorioſum nominare: ſed neque te ipſum hominem ſed vermen immundũ eſtimare, & opa tua ſatisfactoria quaſi nulli[9] momenti ſint annichilare, & ſic miſer & miſerabilis *In oratione Manaſſe Regis. Luc. 18.*

bilis ante fores & gratiam iudicis, & cum profundo gemitu cordis tui petere, & dicere: Pater mi, peccaui in cœlum, & coram te, & non ſum dignus vocari filius tuus. fac mihi ſicut vni ex mercenariis tuis. Poſtea meritum paſſionis Chriſti debes cum ſummo affectu extollere & magnificare, cogitando quoniam apud eum copioſiſsima eſt redẽptio, & quòd minima gutta precioſiſsimi ſanguinis, qui per omnes partes corporis ſui vulneribus repleti largiter effluxit, pro redemptione & ſatisfactione totius mundi ſuffeciſſet: ſed copioſe ipſum effundere voluit in argumẽtum magni amoris, & ſupereffluentiſsimæ pietatis in ſolamen omnium miſerorũ. Tandem debes humili quidem ſed feruido affectu manũ auxiliatoris quærere, & miſericordiſsimi redemptoris meritũ infinitum in ſubſidium poſtulare, nihil hæſitans, quia pronior eſt fons ille pietatis iugiter ſcaturiens ad miſerendum, q̃ tu ad petendum.

Luc. 15.

Pſal. 129.

Guido de Perpiniano epiſcopus, in ſumma de hæreſibus, & earũ confutationibus, de hæreſibus Græcorum cap. 15. Quintus error Græcorum eſt, quia dicunt purgatorium nõ eſſe, nec pœnas purgatorij. Hic error ſecundũ Auguſtinum 20. de ciuitate dei, capite 25. eſt contra ſcripturam ſacram. Et ſub finem capitis: Iuſtũ eſt ergo quòd iſtis mediocribus detur locus medius, in quo purgẽtur, & ſalui fiãt cum bonis valde in gloria, nec ſint cum valde

Claruit ſub Ludouico 4. Imp. anno domini. 1330.

Auguſt.

malis

malis in æterna pœna. Sic igitur iuſtę & miſericorditer prouidit deus iuſtus & miſericors vt valde malis pręparatus ſit locus inferni, valde bonis locus cœleſtis gloriæ, & mediocrib⁹ locus purgatorij: In quo ſordes purgãdorum emũdentur, & purgatis detur gloria cœleſtis. Negant igitur & male Græci purgatorium, quibus negabitur purgationis emũdatio, niſi de ſuis peccatis in hac vita pœnituerint, & de hęreſi præſenti. Et capite 6. Sextus error Gręcorum eſt. Dicunt enim quod ſuffragia orationum & eleemoſynarum viuorum nõ proſunt defunctis, niſi illis q ſunt in inferno. Hic error patet contra rationem & veritatem catholicæ fidei eſſe, nam ſuffragia Eccleſiæ & viuorum non intelliguntur prodeſſe defunctis niſi vt à ſeruitute pœnæ debite peccatis liberentur & redimantur, & ſoluantur à vinculis pœnarũ. Vnde Iudas, 2. Mach. 12. Iuſte & religioſe de reſurrectione cogitans, miſit Hieroſolymã duodecim millia dragmas argenti offerri, &c. Et de hæreſibus quas refert Auguſt. *Auguſt.* Libro de hæreſibus, de errore Aerianorũ cap. 49. Aeriani dicti à quodã vocato Aerio, quos ponit Aug. libro de hæreſibus hæreſi. 54. crudeliter & immiſericorditer errant. Primo cõtemnũt ſacrificiũ offerre pro defunctis, cõtra illud quod Iudas Machabæ⁹ miſit duodecim *2. Mach. 12.* milia dragmas argenti &c. vt à peccatis ſoluãtur, id eſt, à reatu pœnæ, & peccatis venialibus purgati tranſeant in vitam æternã. 2. Mach. 12.

vnde Eccleſiaſt. 7. Mortuo non neges gratiã quam immaniter negant hæretici iſti.

Claruit anno domini 1349. ſub Carolo 4. Imper.

Robertus Holleot Alemanus, in librũ Sapientię, ad id cap. 3. Et ſi celerius defuncti fuerint, nõ habebũt ſpẽ, &c. De defunctis eſt notandum. Inter defunctos talis inuenitur differentia aliqui rem pro ſpe lucrantur, aliqui ſpe & re priuantur, aliqui ſub ſpe rem præſtolantur. Primi ſunt illi qui ab omni peccato immunes ſunt, & ad nullam pœnam temporalẽ obnoxij moriũtur, de talibus dicitur, Prouer. 14. Iuſtus ſperat in morte ſua. Et illud Eccle. 1. Timenti dominum, bene erit in extremis, & in die defunctionis ſuæ benedicetur. Aliqui ſunt qui ſpe & re priuãtur, ſicut illi qui in peccato mortali decedunt, de quibus Prouer. 21. Mortuo homine impio, nulla erit vltra ſpes. Et Sapient. 13. Infœlices ſunt & inter mortuos ſpes illorum, & ſic defunctus poteſt dicere illud. 2. Mach. 6. Manum omnipotentis dei neque viuens neq; defunctus effugiam, manum ſcilicet dei punientis. Tertij ſunt qui ſub ſpe rem præſtolantur, & hi ſunt qui cum peccato veniali, vel cum pœnitentia incompleta decedunt, & ideo ad locum purgationis mittũtur: de quorum ſpe poteſt exponi illud Prouer. 13. Spes quæ differtur, affligit animam, & ſic de defunctis. 2. Macha. 12. Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur. Et iſtos iuuare ſuffragiis, eleemoſynas, & operibus pietatis mirabiliter piũ eſt.

eſt. Ad quod nos mouere debent quatuor rationes. Pœna qua puniũtur, Beneuolẽtia qua digni ſciuntur, indigentia qua opprimuntur, & confidentia qua recompenſaturi credũtur. Primo nos mouere debet ad eos iuuandos pœna qua puniuntur, quæ eſt valde magna, excedit enim omnẽ pœnã ſenſibilẽ huius vitæ ſecundũ B. Auguſt. Iſti quæſtuarij qui portant indulgẽtias, & pro domibus hoſpitaliũ mendicant per mundũ, narrant & exponũt populo, quot cæcos, quot paralyticos, quot igne ĩfernali percuſſos ſuſtẽtat domus, pro qua mẽdicãt: & quãto horribiliores defectus nominãt, tanto magis prouocãt auditores ad ſubueniẽdum. Eſt enim rationabile ꝙ magis indigenti cæteris paribus citius ſubueniatur: nulli autẽ viuentes tantũ indigent quantũ defuncti, igitur nulli ſuccurritur viuẽti, quod tam meritorium eſt, vt defunctis. Secundo mouet nos ad hoc beneuolẽtia qua digni noſcuntur. Cũ enim in purgatorio conſtat quod à deo diligũtur finaliter, de hominibus in præſenti dubium eſt an amore an odio digni ſunt. Tertio mouet ad hoc indigẽtia qua opprimũtur, ipſi enim in nullo ſe poſſunt iuuare, quia nec poſſunt à nobis mendicare, nec laborare, nec poſſunt ab aliis mutuare. In p̃ſenti quis ſeipſum quantũcũq; ſit peccator, põt iuuare & p ſe, & p alios multis viis. Quarto ad hoc nos debet mouere cõfidẽtia qua ſibi gratis benefaciẽtib[9] recõpenſaturi credũtur. Hęredes nobiliũ qui

Quatuor de cauſis debem[9] orare pro defunctis.

Maxima purgatorij pœna.

Eccleſi. 9.

ſunt infra ætatẽ, & ſunt in cuſtodiis dominorum ſuorum,qui non habent ſemper ad votũ neceſſaria ſicut vellent quandiu ſunt infra ætatem, vnde tũc temporis ſi aliquis eos iuuet, dando vel mutuando,mirabiliter poteſt eorũ amorẽ captare, & habere de eis amicos maximos, cum ad hæreditatem venerint & poſsint reb⁹ proprios dominari. Sic eſt in propoſito, iſti ſpiritus contribulati in purgatorio, ſunt
Rom.8. hæredes dei,& cohæredes Chriſti. Ad Titum tertio: Iuſtificati gratia ipſius hæredes ſumus ſecundũ ſpem vitæ æternæ, & ideo ſi eos modo iuuerimus, non eſt dubium quin efficaciter recompenſabunt cum ſua hæreditate gauiſi fuerint cum effectu,& ideo bene dicit authoritas allegata,quod non ſolum ſancta, ſed ſalubris eſt cogitatio pro defunctis ex orare,
2.Mach.12. vt ſupra. Et Sapiẽt. decimoſeptimo ad id:Nix autem & glaties ſuſtinebãt vim ignis &c. Arguendi ſunt de obliuione familiarium amicorum, & maxime cum fuerint mortui: Magna ingratitudo eſt tũc amicos deſerere cum noſtra amicitia primo incœperint indigere. Amici enim noſtri quandiu viuunt,poterunt ſe iuuare in his quæ ſpectant ad meritum vel demeritum: ſed cum fuerint mortui, fiunt ad mœrendum pœnitus impotentes,& tunc non habent aliquod refrigerium vel refugium niſi ad amicos,ſi quos in vita poſt ſe reliquerũt, vt dicat quilibet eorum illud Iob decimonono: Miſerimini mei,ſaltẽ vos amici mei, quia manus

manus domini tetigit me. Et ad id eiuſdem capitis: Deinde ſiquis ex illis decidiſſet, cuſtodiebatur in carcere &c. Circa illam particulã cuſtodiebatur in carcere. Notãdum quòd in ſacra ſcriptura legimus de quadruplici carcere. eſt enim carcer corporalis coarctationis, conſuetudinalis oppreſsionis, medicinalis expurgationis, & infernalis condemnationis. Et aliquanto poſt: Tertius carcer, eſt carcer medicinalis expurgationis, ſicut enim pſona debitis obnoxia carceri aliquoties mancipatur pro debitis: ita aliquando animæ de corpore recedentes pœnæ tẽporalis debitrices, pro culpis in carcere purgatorij retruduntur, & iſtos incarceratos piiſsimũ eſt viſitare ſuffragiis, ac orationũ & eleemoſynarũ ſubſidiis liberare, clamãte ad nos vnaquaq; illarũ & dicẽte, illud Gene. 40. Facias mecũ miſericordiã vt ſuggeras Pharaoni, vt educat me de iſto carcere. Iſtos ſic incarceratos valde pium eſt beneficiis iuuare, quia ipſi finaliter inde egredientur ad regnũ cœleſte, & pro his qui eis benefecerũt intercedent. Eccleſiaſtæ 4. De carcere cathenîſque interdum egreditur quis ad regnum. *Sap. 17.*

Ioãnes Gerſon doctor & cancellarius Parrhiſienſis, in epiſtola de pia memoria defunctorum: Nos debemus libenter pro charis & pro omnibus fidelibus defunctis orare: quia hoc opus ſummæ charitatis eſt & miſericordiæ: Sicut igitur nobis ſubueniri poſt mortẽ deſideramus, ita & eis quãtũ melius poſſum^9^ *Claruit anno domini 1429. ſub Sigiſmũdo Imper.*

domino opitulãte ſubuenire laboremus. Qui enim pro animarũ liberatione fidelis & ſedulus fuerit, nimirũ & ſibi ipſi plurimũ proficit, cum pro talibus orans nequaquam ſe ſpoliat fructu orationis, & inſuper ſibi recordationẽ mortis adducit: & vix ſine compũctionis gratia ad ſolita redit, ſciens quia omnes viã vni-
3. Reg. 2. uerſæ carnis ingreſſuri ſumus, & quod illi iam expleuerunt, certiſsimè ſibi conſtat futurum. Oremus igitur pro charis noſtris, quia poſt modicum ipſos ſequemur, & cum melius habuerint, omnino in eadem neceſsitate recordabuntur noſtri. Et paulo poſt: In neceſsitate probatur amicus fidelis. etenim impiũ & crudele nimis, ſi videas fratrem tuum aut cordis tui amicum, carceri traditum, vel flammis iniectum, nec moueris ad fletum, & cum manũ porrigere poſsis, nihil agis charitatis: aut etiã ſi loqui aliquid pro eius quiueris liberatione, clauſo pertranſeas ore. O fidelem Samaritanum, qui viſo homine vulnerato à latro-
Luc. 10. nib⁹ & expoliato, miſericordia motus eſt. Heu heu Pincernarum magiſtro, qui oblitus eſt Io
Gene. 40. ſeph ſui interpretis cũ de carcere eſſet educt⁹. Sic timeo quòd multoties contingit cum aliquis amicorum obierit, & pro ſe inſtanter orare petierit, ac fidei viuentium ſe commẽdauerit quòd nonnũquàm obliuionem accipit, aut paruã & tardam ſentit aduenire expiationis hoſtiam quàm ſperaſſet. Propter quod dilectiſsime, me ipſum & te pariter admoneo, vt

pietatis oculum frequenter dirigamus ad memoriã defunctorũ. Et quicquid pro eorũ abſolutione nouerim⁹ prodeſſe, deuota exequamur feſtinatione, ponderantes quòd graui tenentur tormento & quia niſi purgati fuerint, ad requiem tranſire non poſſunt. Eorũ enim conſolatio maxime in Chriſti meritis, & ſanctorum ſuffragiis, & fidelium cõſtat oblationibus. Simus ergo feruentes ad ſoluẽda beneficia ſalutaria, & deuote oremus pro eis generaliter & priuatim, attente vigilias legamus, libẽter & ſæpius ad Miſſam miniſtremus, & cũ ſacerdote vota labiorum noſtrorum in conſpectu veri & ſummi ſacerdotis offeramus, qui eſt hoſtia digniſsima ad hauriendum omnia peccata. In illa hora dum Chriſtus in altari inter manus ſacerdotis deo patri pro ſalute viuorum & defunctorum offertur, teipſum cura cum omnibus tibi in oratione com mẽdatis offerre in acquiſitionem & poſſeſsionem perpetue ſalutis: & vt omnes ſint participes huius precioſiſsimi ſacrificij, quod immolatum ſemel in cruce ſufficiẽs eſt precium pro peccatis totius ſeculi. Et infra: Antequã comedam ſuſpiro, ait ſanctus Iob. Ex quo *Iob.3.*
verbo pietatis tibi & compaſsionis innuitur opus, vt nũq̃ cibũ corporalẽ ſumas niſi prius fidelibus defunctis aliquam ſpiritualem eleemoſynam mittas. Et in tractatu de canticis & ſolatio tomo.2. Canticũ in purgatorio habet cũ afflictiõe ſolatiũ ex certa ſpe beatitudinis,

ex Eccleſiæ generalibus ſubſidiis, & piis amicorum ſuffragiis: & quia charitas in eis con-
1.Cor.13. gaudet veritati correctionis. Et ſermone primo de defunctis ad populum parrhiſienſem, in eccleſia ſancti Seuerini: Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare. 2. Machabeorum. 12. Sanctum eſt & ſalutare pro defunctis exorare. Et infra: dirigamus cogitationem noſtram mortuorum ſtatum conſiderare. Cõſideremus locum in quo ſunt, ſcilicet incarcere duro & ardẽti purgatorij, In doloroſis tormentis & pœnitẽtia. Cogitemus vbi nobiſcum in hoc mundo fuere in ſocietate generis & alterius amicitiæ. Cogitemus vbi futuri ſint, ſcilicet in paradiſo in glorioſa lętitia & fœlicitate, ibique pro nobis orabunt. Si bene aduertamus has tres conſiderationes, inueniemus manifeſte ſecundum miſericordiam, iuſticiam & vtilitatem, quòd ſancta & ſalutaris eſt cogitatio vt ꝑ mortuis fiat oratio. Et infra: Dicamus orationem viuorũ proficere his qui ſunt in purgatorio, quia hi egent, & ſunt in gratia, quæ eos facit diſpoſitos ad recipiẽdum bonum quod pro eis fit: & tamen non poſſunt facere orationem talem meritoriam pro eis hic ſinè tribus illis conditionibus ſufficientibus ad hoc quòd vnus ſatisfacere poſſit pro altero. Dicamus vlterius orationem ſanctam pro animabus purgatorij complures habere prærogatiuas & excellentias. Et notabimus duodecim. Prima conſideratio. Talis

oratio

oratio ſemper ſuũ habet effectũ, quia fit pro illo qui eſt in gratia, & qui ſatisfactione eget, nec eã pro ſe ipſe facere poteſt: ſed meruit ꝙ aliquis pro eo talem facere poſsit ſatisfactionem. Hæc etiam oratio ex maiori procedit fide, quàm ea quæ fit pro viuentibus. Eſt enim neceſſe cogitationem eleuari ad purgatorium credendum, & quaſi ipſum per fidem videndũ. Et paulo poſt: Hæc oratio eſt maioris neceſsitatis & feſtinationis, inquãtum hi qui in purgatorio ſunt, de facto punitionẽ recipiũt pro tempore quo non fit oratio. Hinc patet crudelitas & periculum illorũ qui nimis diu abſque legitima excuſatione teſtamenta eorum complere protelant. In ſecundo quoque ſermone, ac tertio etiam pro defunctis, ſuadet ipſe Gerſon & hortatur aliis rationibus, pro mortuis orare, vt facilè eſt inde colligere.

Thomas vvalden Carmelita cõtra Vvitcleuiſtas titulo 4. de ſacramentalibus, capite 4. de Memento pro defunctis: Reminiſcitur ſacrificans, dicens etiam per hæc eadem verba oraſſe ſe Deum ante conſecrationis officium: ſed tunc pro viuis, nunc pro mortuis: Ita vt ſupra dixeram, Chriſtus ſacerdos in corpore cõſecrato inter viuos & mortuos medius collocetur: quia & ſemetipſum in eodem ſacrificio conſtituit medium dum penderet in cruce, viuorum præponens memoriam dũ adhuc corpore viuens eſſet: Pater (inquiens) ignoſce illis, quia neſciũt quid faciũt. Et ſtatim mortuus

Moritur anno domini 1430 ſub Sigiſmundo imperatore.

Ioan. 19.

Lucæ 23.

tuus mortuorum vincula reſerauit,dicēte Euangeliſta,quòd petræ ſciſſæ ſunt,& monumēta aperta ſunt.Et paulo poſt:Hic loc⁹ eius fixus eſt à patribus quem item in ſermon. 146. tertię partis exprimit Auguſtin. Hoc inquiēs à patribus traditum vniuerſa obſeruat Eccleſia,vt ꝓ eis qui in corporis & ſanguinis Chriſti communione defuncti ſunt, ad ipſum ſacrificium ſuo in loco commemoretur, oreturque pro illis,ac id offerri commemoretur Author: Et nota bene quo tempore dixerit Auguſtinus hoc à patribus traditum: Vniuerſa obſeruat Eccleſia mille annis traditio iſta ſanctorū fuit in Eccleſia generalis, & hoc ſufficit ad authoritatem fidelium, quāuis in neutro teſtamento ſcripturæ ad liquidum ſit cōpertum, vt habet libro de cura pro mortuis agenda,ca.2.Et iterum: Hanc orationem pro mortuis in ſacrificii tempore ſtatuerūt Apoſtoli.vnde libro 1.de officiis cap.18.Iſidorus: Sacrificiū ꝓ defunctorū fideliū requie offerre vel orare pro eis, quia per totū hunc orbē cuſtoditur,credimus quòd ab ipſis Apoſtolis traditum ſit:Hoc enim vbiq; catholica tenet Eccleſia,quæ niſi crederet fidelib⁹ defunctis dimitti peccata,non pro eorum ſpiritibus vel eleemoſynam faceret, vel ſacrificium deo offerret.Et titulo.11. de orationibus generalib⁹ & ſpecialibus,cap.107. Quod apud Deum & ſanctos ſatisfaciāt amici defuncti,vt oretur ꝓ eo & ſpecialiter adiuuēt. Suſpectā rē habeo, quòd

Matthei.27.

Oratio pro defunctis plus mille annis in Eccleſia obſeruata.

Iſidorus.

quòd ſpreuit (nẽpe Vvitclef) orationes quaſlibet pro viuis & defunctis fiendas ſpecialiter hac ratione iá facta, quòd vnuſquiſq; recipiet ſecunda merita propria. Quid ergo proderũt ipſis orationes? quid eleemoſynæ ſpeciales? & erũt omnibus hominibus tales quæ per amicos vel oratores fiunt, inutiles preces, inutiles ſepulturæ? Hanc hæreſim Aerius docuit, prout libro hæreſum capite 53. exprimit Auguſt. *Auguſtinus.* Aeriani ab Aerio quodam ſunt, qui cum eſſet presbyter, doluiſſe fertur quòd epiſcopus nõ potuit ordinari, & in Arianorum hæreſim lapſus, propria quoq; dogmata addidiſſe nonnulla, dicens offerri pro dormientibus nõ oportere. Author: Non offerri putes eleemoſynas preces vel hoſtias. Quod item à Vvitcleuiſtis cũ obſeruatur queri ſolet, vbi in nouo teſtamẽto fiũt orationes pro mortuis laxãdis ſcilicet à pœna quã tolerãt, & culpę reatu. Dicitur ꝙ vbi oratũ eſt pro ſuſcitatione Lazari, *Ioan. 11.* pro viuificãda item puella in domo, hoc me- *Matthai 9.* dio quod nõ Chriſtus curauit quẽquàm exterius, quem item nõ interius ſanaſſet. Quod niſi orationibus piorum fidelium mortuorum debita ſoluerentur, cur de quibuſdã reis in Spiritum ſanctum dixit Chriſtus eorum blaſphemiã irremiſsibilẽ in hoc ſæculo & in *Matthai 12.* futuro? vnde in expoſitione illius Machabęorũ: Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defun- *2. Machab. 12* ctis exorare vt à peccatis ſoluãtur, libro tertio, capite 22. Rabanus: Quod vero poſt exitũ

vitæ

vitæ præſentis pro fidelium peccatis exorandum ſit,& eleemoſynarum opus agendũ, quatinus ij pro quorum remedio res agitur à peccatis ſoluantur,& præſens locus oſtẽdit, & in Euangelio Dominus,vbi de peccato blaſphemiæ in Spiritum ſanctum diſputauit, irremiſſibile peccatum iſtud eſſe oſtendens, ait: Qui dixerit verbum contra Filium hominis remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum, non remittetur ei neque in hoc ſæculo,neque in futuro.Cum enim dixit vnũ illud irremiſsibile eſſe peccatum,oſtendit alia tam in præſenti quàm in futuro poſſe remitti:Qualiter autẽ pro defunctorũ ſalute agẽdum ſit, oſtendunt ſancti patres in ſcripturis ſuis,Hæc ille. Author: Ex hoc igitur euangelico illo cum frequenti vſu Eccleſiæ contra hanc hæreſim, ſemper orabatur pro mortuis.

Matthei 12.

Nicolaus Panormitanus abbas ſiculus, ſuper tertio decretaliũ,ad Ca.Fraternitate: Cautum eſt vt quis eligat ſepulturam in loco vbi frequentius celebrãtur diuina officia. Ex his enim locus dicitur magis religioſus.Item fiũt ibi frequentius orationes pro ibidem defunctis.Et ob hoc gloſa,in verbo frequẽtius, format quæſtionem: Nunquid valeat tantum generalis oratio quæ fit ꝑ oĩbus defunctis,ſicut illa q̃ fit ſpecialiter pro aliq̃bus defunctis? Et gloſa videẽ dubitare & magis declinare in partem vt æqualiter ſuffragia proſint: ſed honor videẽ deferri illis pro quibus ſpecialiter oratur

Claruit anno domini 1435.

tur. Ioã. Andr. hic dicit quod aut conſideramus effectum ſuffragiorum reſpectu charitatis, & tunc ita proſunt generaliter ſuffragia facta, ſicut ſpecialiter, quia charitas non diminuitur, immo ſparſa ampliatur. Et intellige dictum ſuum de charitate exiſtente in orãte, ſeu alia ſuffragia faciente: ſed reſpectu defunctorũ pro quibus fiunt, illi magis proſunt qui eſt in maiori charitate, cum magis delectetur ex bonis operibus & ſuffragiis per proximum factis. Aut conſiderantur ſuffragia facta reſpectu ſatisfactionis, & tunc magis proſunt his pro quibus ſpecialiter fiunt, quàm ſi generaliter. Ratio, quia habent efficaciam finitam, & ex diuina iuſtitia diſtribuuntur in illos pro quibus fiunt, ergo tãto minus operãtur quãto pro pluribus fiunt. Et hanc ſententiam videtur ſequi B. Thomas. 4. ſententiarum diſtinctione 40.q.2.art.2. Dicit tamen B. Thomas notabile verbum ſcilicet credẽdum eſſe, quòd ſi illi pro quibus fiunt nõ indigẽt, proſunt aliis.

Alphonſus Tonſtatus in 25. caput Beati Matthęi, quæſtione 681: An ſit purgatorius locus, vel purgatio aliqua poſt mortẽ? Et reſpondet. Dicendum quòd non eſt dubium quin poſt mortem maneat purgatio quædã, & ad hoc aſsignetur locus purgatorius, & patet, primo, quia 2. Machab.12. capite dicitur: Sancta atque ſalubris cogitatio eſt pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur. Sed pro

defunctis

defunctis qui in paradyſo ſunt non eſt orandum. Primò, quia nullo indigent, cum beati ſint. Secundò, quia orationes noſtræ eis prodeſſe non poſſunt ad maiorem gradum gloriæ. Etiam pro illis qui ſunt in inferno nõ eſt ſanctum orare: quia licet indigeant, non poſſunt iuuari noſtris precibus, cũ à peccatis abſolui nequeant. Neque etiam pro illis qui in limbo puerorum, quia illi damnati ſunt, licet nõ pro actuali, ſed ꝓ originali quod eſt mortale, & ab illo nunquam poſſunt abſolui. Nõ etiam eſt orandum pro illis qui in ſinu Abrahæ, quia ibi nulli ſunt. Et paulò poſt: Relinquitur ergo quod alii ſint qui in charitate decedant, & in aliquibus peccatis quibus competat purgatio, & de his intelligiẽ quod à peccatis ſoluantur mortui orationibus noſtris. Item quia contra iuſtitiam dei loquitur qui purgatorium negat: nam alias manerẽt aliqua mala impunita, cũ cõtingeret aliquos in charitate decedentes aliqua mala adhuc habere quæ punitione digna ſint, & illa manerent impunita ſi non eſſet purgatio poſt vitam, ergo poni debet. Tertiò quia eſt contra cõditionẽ beatitudinis. Eſt eñ beatitudo in viſione dei, ad hanc autem non poteſt recipi niſi qui omnimodam mundiciam habet, iuxta illud ſupra capite quinto: Bati mũdo corde, quoniã ipſi Deum videbunt: contingit autem aliquos decedere in charitate qui adhuc non penitus ſint mundi, vel a peccato, vel à pœna:

Luc. 16.

2. Machab. 12

Ioan. 17.

ergo

ergo aliqua purgatio eis reſtare debet poſt mortem, antequam ad beatitudinē tranſeāt. Quartò quia repugnat authoritati vniuerſalis Eccleſiæ qui purgatoriū negat. Nam Eccleſia vniuerſalis per totū orbem diffuſa pro mortuis orat, & iſta eſt potiſsima occupatio eius, ſed ei' oratio eſſet inutilis, ſi nulli eſſent qui purgarentur, quia pro exiſtentibus in paradiſo, aut in inferno, non prodeſt oratio: ergo alij ſunt quibus proſit, & iſti ſunt qui purgantur. Nam repugnare vniuerſali Eccleſiæ hæreticum eſt: Ideò ſine dubio eſt purgatorium poſt mortem, & purgantur quædam animæ à peccatis. Et quæſtione 682. An ſit aliquis vnus locus qui purgatorius dicitur, &c. Dicendum ad primum, quòd locus purgatorius eſt aliquis vnus locus determinatus. Nam cum purgatio poſt mortem fiat, non fit vbicunque indiſtinctè, ſed locus eſt quidam determinatus ad purgationem, ſicut eſt locus determinatus gehennæ damnatorum: licet inueniantur purgari aliqui in diuerſis locis, hoc tamen ſpeciale eſt: generale vero eſt quòd ſit vnus locus purgatorius determinatus. Ad ſecundum, dicendum: quòd iſte locus non eſt ſupra terram, ſed infra terram. Et queſt. ſexcēteſima octogeſimaquinta, Querit circa pœnam ſenſus quæ eſt in purgatorio cum babeat quandam acerbitatem, an ſit maior omni pœna temporali quæ ſit in hac vita?

Hæreticū eſt repugnare vniuerſali Eccleſiæ.

vita? Dicendū quòd pœna purgatorii eſt ma-
August. ior quam quælibet pœna huius vitæ, dicit e-
nim Auguſtinus in quodam ſermone, quòd
ille ignis purgatorii durior erit, quàm quic-
quid in hoc ſæculo pœnarum aut ſentire aut
videre aut cogitare poſsit aliquis. Et quæſt.
693. Queritur qui ſunt qui puniuntur in pur
gatorio poſt mortem? Dicendū quòd illi qui
hinc deceſſerunt in venialibus, vel in aliquo
onere inexpletæ ſatisfactionis, & ſunt hæ ſolę
duæ cauſæ pro quibus torquetur quis ibi. De
prima patet, quia contingit aliquos decedere
in venialibus, non exiſtente aliquo mortali,
& hi purgantur ibi quouſque mundi effician
tur, non manente veniali. De ſecūda cauſa pa-
tet, quia aliqui decedunt ſine mortali, & for-
te ſine veniali: & tamen pro peccatis mortali-
bus de quibus alias doluerunt, non expleue-
runt ſatisfactionem debitam ſecundum deter
minationem diuinæ taxationis, oportet ergo
quòd illam partem inexpletam expleat, &
ita manebūt in purgatorio quouſque expleta
ſit. Ex hoc apparet neceſsitas ponendi locum
purgatorium, & purgationem fieri poſt mor-
tem, contra eos qui hoc negabant. Et quæſt.
697. tractans illud 1. Cor. 3. Vniuſcuiuſque
opus manifeſtum erit. Secundū quod eſt no-
tādum in hac authoritate Apoſtoli eſt, quòd
agatur hic etiā de purgatorio ſpecialiter, quia
dicitur: Si cuius opus arſerit, detrimentum pa
tietur. Detrimentum dicit damnum, & dam-
num

num eſt quædam diminutio: qui autẽ damnatur nõ patitur damnum, quia nõ diminuitur in rebus, ſed totus perit: ideo detrimentũ patitur qui pœnam patitur, ſed non damnatur, & iſta eſt quędam purgatio. Secundo & apertius, quia dicitur in litera conſequenter: ipſe autem ſaluus erit, & tamen qui detrimentum operis patitur & ſaluatur, non poteſt eſſe niſi qui purgatur, quia qui ſtatim mortui trãſeũt ad vitam æternam non patiuntur detrimentum, quia opera bona meritoria vitæ æternæ in nullo poſſunt pati detrimentum, neq; ipſe ſecũdum ea. Qui autem pereunt æternaliter, non ſunt ſalui: ergo neceſſe eſt poni ſtatũ medium illorum ſcilicet qui pœnas aliquas poſt mortem ſuſtinent & ſaluãtur: & illi ſunt qui purgantur in igne poſt mortem. Tertiò quia additur ad hoc declaratio quædam, ſcilicet ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignẽ, hoc autem eſt quod cõueniens eſt purgandis, quia per ignẽ purgatio fit: ergo apparet quòd de purgatorio etiam Apoſtolus loquatur ibi ſpecialiter. Et ſic dicẽdum, quòd in litera illa ponuntur tres modi operum quæ inueniũtur in hominibus, & non ſunt plures modi. Quędam ſunt digna damnatione, alia vita æterna, alia purgatione hæc tria ſimul ſignantur cum dicitur: vniuſcuiuſque opus manifeſtum erit ſed homines ſunt iſtorum trium modorum, ergo omniũ ipſorum opera manifeſtabuntur, & ſic de oĩbus loquitur Apoſtolus. Et infra: *Tres modi operũ in hoĩe.*

Amplius autem apparet hoc, nempe purgatorium eſſe ponendum, ex conditione inexpletarum ſatisfactionum pro peccatis prȩteritis: quia aliqui ſunt qui decedūt inexpleta illa, ſcilicet tam ſatisfactione impoſita per Eccleſiā, quàm ſatisfactione debita ſecūdum dei iudicium. Contingit enim vtramque eſſe impoſitam, vt ſiquis mox vt impoſita fuerit ſibi pœnitentia per ſacerdotē, moriatur aut poſt paucos dies, ita quod nōdum expletum ſit quod ſacerdos iniunxerit. Nam tunc vtraque ſatiſfactio inexpleta manet. Et iterum: Item oſtenditur hoc ex conſuetudine generali vniuerſalis Eccleſiæ introducta ab apoſtolis orādi pro mortuis. Et iterum: Item hoc dicit Gregorius Nyſſen' in ſermone de defunctis: ſiquis in hac labili vita purgare peccata min' potuerit, poſt tranſitum hinc per purgatorij ignis cōflagrationē, cuius magis ac magis fidelis ſponſa dona & hoſtias in paſsione memoriā offert pro filiis, quos ipſa verbo & ſacramento rei præclare genuit, pœna alacriter expeditur, ſecundum quod prædicamus dogma veritatis ſeruantes, ita & credimus. Itē Theodoricus epiſcopus dicit ſuper illud. 1. Cor. 3. ca. Sicut apoſtolus dicit quod ſaluabitur ſic tanq̃ per conflatorium ignē purgantem quicquid interuenit per incautelā praue vitæ ex puluere ſaltē pedū terreni ſenſus, in quo igne tādiu manet, quandiu quicquid corpulentiæ & terreni affectus inhȩſit purgetur: pro quo mater Eccleſiā

Gregorius Nyſſenus.

Theodoricus.

ſia orat, & dona pacifica deuote offert, & ſic p̄ hoc mundus videtur purus exiens, domini ſabaoth puriſsimis oculis immaculatus aſsiſtit. Et in lib. de ſtatu aı̃arũ poſt hãc vitã, in quarta concluſione principali: Catholici tractatores tria animarũ principalia receptacula eſſe ponunt quanq̃ præter hæc alia quoq; ſint, de his autem dubitari nequit, quoniam teſte ipſa ſacra ſcriptura hoc confirmatur, ſcilicet gehennæ ſupplicia, & purgatorias ſedes, atque ipſa gaudia paradiſi. Et in libro paradoxorum, paradoxo quinto, capite quadrageſimoquarto. Ex orationibus quas facit eccleſia pro defunctis, conuincit animas non deduci à ſe in purgatorium, ſed ab angelis. Et capite quadrageſimoquinto: quòd non ſe ipſis ſed ab aliis ductæ in purgatorium erant animæ: Nunc autẽ de animabus quæ carcere luteo ſolute purgatoria clementia exercendæ ſunt, idem dicẽdum reor, quòd ſe ipſis illuc non moueantur, ſed ab aliis ad ea trahantur loca. Hoc autem inducitur, quoniam purgatorij carcer, atrocium pœnarum locus eſt ſicut gehennalis miſeria. Sicut ergo nulla animarũ libens inferorum ſedes petit, ita & nulla purgatoria loca volens adibit. Nã in purgatoriis ſedibus tanta cruciatuum immanitas eſt, vt ab inferorum qualitate modicum, aut nihil diſtet quantum ad cruciatuum magnitudinem & duritiem: ſed ex duratione diſtandi rationẽ aſſumpſerunt. Nam in gehennalibus atrocitatibus

Purgatorij pœna accedit ad cruciatũ inferni.

in æternum permanere adiacet atque neceſſe eſt: purgatoriæ vero exercitatiue pœnalitates (etſi nimis eas protendi contingat) extremi examinis nõ excedũt diem. Aliquæ autẽ pauco tempore manent, vt vno anno aut biennio aut plus minuſvæ, ſicut infecte aut imperfectè ſatisfactionis modus exigit eorũ quæ hic contritione deleta, ſatisfactione tamen prorſus abolita non ſunt. Sunt quoque minores quanquàm etſi atrocitatis quantitate non diſtent, minus tamen ſentiuntur: quoniam eos qui talibus exercẽtur pœnis certa futurę beatitudinis ſpes lætificat. Eis enim qui in purgatoriis pœnalitatibus affliguntur certa futuræ fœlicitatis ſpes ineſt. Sciẽtes autem ſuperuẽturos ad eum locum in quo fœlicitas ſumma eſt, hoc quoq; nullatenus diſturbari poſſe, magnis gaudiis exultant, cum iſta cogitantes ſe ſuper ſe vertunt. Et capite quadrageſimoſexto: Amplius autem qui purgatorię afflictioni temporaliter ſubditi ſunt, multipliciter ab angelis conciuibus fœlicis illius ciuitatis dei conſolationibus recreantur, ad eos nanque ſępe veniũt, ea quę in orbe apud charos & propinquos fiunt explanantes. His autem attenti afflictionum ſuarum atrocitatem læuius ferunt. Et capite quadrageſimoſeptimo: oſtendit quòd animæ exiſtentes in purgatorio non torqueantur à dæmonibus, & ſubdit: Solus ergo de⁹ eſt qui his purgatoriis receptaculis animas manentes torquet, non quidem

Angeli ſæpe veniũt ad animas in purgatorium.

quidẽ tanquàm deus eis actualiter punitiones infligat quicq̃ agens: ſed quoniam diuinà iuſtitia ab exordio illum indeficientẽ ſuccendit ignem. Ibi enim nullo miniſtrãte, illi diuino alligate incendio pro meritorum qualitate quouſque commiſſorum ſatisfaciendorum menſuram expleuerint, cruciantur, tunc eis liber in æthereas ſedes patebit acceſſus.

Gabriel in canonem Miſſæ lectione 56. ad eam partem: Memento etiam domine famulorum famularumq́; tuarum qui nos præceſſerunt cum ſigno fidei & dormiunt in ſomno pacis &c. duo facit. Primo orat pro quibuſdã mortuis ſpecialiter. Secundo pro omnibus in Chriſto quieſcentibus generaliter. Etiam, ſignum eſt continuatiuum diſtinctorum abinuicem, & in propoſito continuat hãc orationem proxime præcedẽti, vt ſit ſenſus: Cũ hoc quod petimus quòd nos viui cœleſti benedictione & gratia repleamur, etiam petimus domine vt memoriam habeas famulorũ famularumq́;, &c. credentes noſtrũ ſacrificiũ non ſolum prodeſſe viuis, ſed & defũnctis, vnde Innocentius: Orat pia mater Eccleſia, nõ ſolum ꝓ viuis, ſed etiã pro defunctis, & eos ſacrę oblationis interceſsioni cõmendat, certiſsimè credens ꝙ ſanguis ille precioſus qui pro multis effuſus eſt in remiſsionẽ peccatorũ, nõ ſolum ad ſalutẽ viuẽtiũ, verũ ad abſolutionem valeat mortuorũ. Et vt magis oſtenderet Eccleſia fidẽ qua tenet id noſtrũ ſacrificiũ mortuis

Claruit anno domini. 1494. ſub Maximiliano Imper.

Innocentius papa. 3.

Matth. 26.

tuis prodeſſe, ſtatuit & decreuit vt in quibuſlibet Miſſarum ſolemniis loco debito defunctorum memoria habeatur, vnde de conſecr.
Ca. *Viſum.* diſtinct.1. Viſum. decretū eſt in concilio Cabilonenſi in hunc modum: Viſum nobis eſt, vt in omnibus Miſſarum ſolemnibus pro ſpiritibus defunctorum loco competenti in eccleſia ad dominū deprecetur. Sicut enim nulla dies excipitur, qua non pro viuentibus & pro quibuſlibet neceſsitatibus dominum deprecetur: Ita nimirū nulla dies excipi debet, quin pro animabus fideliū preces domino in Miſſarum ſolemnibus fundantur. Antiquitus igitur hunc morē ſancta tenet eccleſia, vt in Miſſarū ſolemnibus & aliis precibus domino ſpiritus quieſcentiū commendātur, &c. Et infra: Fuit error quorūdam hæreticorum negantiū animas ab hinc decedentiū poſſe viuentiū ſuffragiis adiuuari, ſuam perfidiā diuerſis rationibus munientes, & ſcripturę authoritatibus. Et paulo poſt: Sed contra hūc errorem eſt veritas fidei, ſcriptura ſacra, ac ſanctorum dogmata, eccleſiæ quoque ritus, & determinatio, atq; ratio. Ratio, quia charitas quæ eſt vinculum eccleſiæ, membra vniens, non ſolum ad viuos ſe extēdit, ſed etiam ad mortuos qui in charitate decedūt. Charitas enim eſt vita animę, quæ nunq̃ excidit: quia nec in hoc ſeculo
1.*Cor.*13. nec in futuro finitur, vt dicit gloſa.1. Cor.13. Et ideo opera viuorum cōmunia etiam facit defunctis. Oēs enim fideles viui & defuncti ꝑ

charitatem

charitatẽ vniti, vnius corporis Eccleſię membra ſunt, licet diuerſorum ſtatuũ. Membrorũ autem eiuſdem corporis vnum per aliud conſtat iuuari poſſe. Hinc. 2. Macha. 12. dicitur, ꝙ vir fortiſsimus Iudas collatione facta duodecim milia dragmas argẽti miſit Hieroſolymã offerre pro peccatis ſacrificium, iuſte & religioſe de reſurrectione cogitãs: niſi enim eos q̃ ceciderant reſurrecturos, ſcilicet à pœnis in quibus erant ſperaret: ſuperfluũ videretur & vanũ orare pro mortuis. Hæc eſt enim reſurrectio prima qua anima reſurgit à pœnis in quibus detinetur. Et ſecunda reſurrectio eſt corporum à ſepulchris, vnde & dicitur de reſurrectione prima Apocalypſis viceſimo: Beatus eſt & ſanctus, qui habet partem in reſurrectione prima, quia illi mors in æternum nõ dominabitur, vnde concluditur vbi ſupra. Sancta igitur eſt & ſalubris cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur: Ex hac authoritate luce clarius patet, quòd mortui orationibus viuorum poſſunt à peccatis, hoc eſt, à peccatorum pœnis ſolui. Eccleſiæ etiam ritus hanc veritatem approbat, vnde beatus Auguſtinus in libro de cura agenda pro mortuis: Non parua eſt vniuerſæ eccleſiæ (quæ in hac conſuetudine claret) authoritas, vt in precibus ſacerdotis quæ domino deo ad eius altare funduntur, locum ſuum habeat etiam commemoratio mortuorum, hæc autem conſuetudo ab ipſis in-

2. Mach. 12.

Auguſt.

ſtituta eſt Apoſtolis, vt dicit Damaſcenus, in quodam ſermone de ſuffragiis mortuorum: *Damaſcenus.* Myſteriorũ conſcij diſcipuli ſaluatoris & ſacri apoſtoli, in tremẽdis & viuificis myſteriis memoriam fieri eorum qui fideliter dormierunt, ſanxerunt: hoc idẽ patet per beatũ Dionyſium, capite vltimo Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, vbi ritum commemorat quo in primitiua Eccleſia pro mortuis orabatur, vbi etiam Dionyſius replicando & ſoluendo, oſtendit orationes viuorum valere defunctis ad remiſſionem peccatorum per infirmitatem humanam admiſſorum, vnde ait: Accedens deinde venerandus antiſtes precem ſacram ſupra mortuum peragit, & ſequitur: Præcatur oratio illa diuinam clementiam, vt cũcta dimittat per infirmitatem humanã admiſſa peccata defuncto, eúmque in luce ſtatuat & regione viuorum, in finibus Abrahæ, Iſaac, & Iacob: in loco vbi aufugit dolor, & triſtitia, & gemitus. Iſta vt reor perſpicua ſunt beatiſsimorũ ſanctorum præmia: hæc Dionyſius, apoſtolis cõtemporaneus & beati Pauli diſcipulus. Auguſtinus quoque in ſuo Enchiridio capite. 109. neque negandum eſt defunctorum animas pietate ſuorum viuentium releuari, cum pro illis ſacrificium mediatoris offertur, vel eleemoſynæ fiunt in eccleſia. Itẽ beatus Ambroſius in libro de obitu Theodoſij Imperatoris & habetur 13. q. 2. Quia alij, ait: Alij tertium diem, alij triceſimum, alij ſeptimum, alij quadra-

Apoſtoli ſanxerunt orare pro defunctis.

B. Diony.

Auguſt.

Ambroſ.

quadrageſimum obſeruare conſueuerunt, & ſequitur: Vtraque obſeruatio habet authoritatem quâ neceſſarium pietatis impleatur officium. B. Gregorius ad idem multa in quarto libro dialogorum ſcribit, quorum aliqua poſtea ponentur. Ad idẽ facit Magiſter diſtinctione 45. quarti libri ſententiarum. Et Hugo de ſacramentis libro ſecundo, parte 16. Ex quibus & aliis multis ſatis manifeſtum eſt animas fidelium defunctorum ſuffragiis iuuari viuorum. & multo poſt: Suffragia Eccleſiæ proſunt defunctis in purgatorio carceratis, patet quia tales ſunt qui ea requirunt, id eſt deſiderāt, & eis prodeſſe poſſunt. Nam in pœnis detinentur à quibus liberandi ſunt, quorum liberatio poteſt per Eccleſię ſuffragia accelerari. Item aliqui defuncti ſuffragiis iuuari poſſunt, ſed nulli potius quam illi, vt patet ex verbis Auguſtini, illi enim meruerunt dum viuerent, vt poſt mortem iuuari poſsint. Quomodo meruerunt? per hoc certe quòd manſerunt membra eiuſdem corporis Chriſti, cuius & viui, ideo in bonis ſpiritualibus cum viuis communicant. Meruerunt autem merito conditionato liberari à pœnis, ſi aliqui opera pietatis & ſacrificium altaris pro ipſis exhibeant: quod ſi non fiat, pœnam illam ſuſtinebunt quouſque ſatis patientur ſecundum eorum quantitatem peccatorum. Meritum igitur illud non eſt aliud niſi perſeuerantia finalis in charitate, per quam manét in ſtatu

Gregorius.

tu in quo poſſunt aliorum viuorum ſcilicet operibus communicare, & ſic per ea in pœnis releuari. Et lectione quinquageſimaſeptima, Patet reſponſio ad primam partem quæſtionis, ſcilicet quibus ſuffragiis animæ defunctorum iuuari poſſunt. Vnde reſpõdetur breuiter quòd omnibus operibus bonis. Nam omnia opera bona poſſunt eis applicari ex intẽtionis directione, poteſt enim quodcunque opus fieri ea intẽtione vt proſit ſpiritibus defunctorum. Et infra: Inter omnia mortuorũ ſuffragia quantum ad liberationẽ defunctorum, excellit Euchariſtiæ oblatio per manus ſacerdotum, Eccleſiæ miniſtrorum. Et iterũ: Non enim ſolum effectum habet expiãdi peccata, ex celebrantis deuotione: ſed multo magis ex ipſa oblatione, id eſt, Chriſto iterũ: in memoriam ſuæ paſsionis benedictæ oblato, qui effectus non minuitur per quancunque ſacerdotis indiſpoſitionem, formam & intentionem Eccleſiæ obſeruantem. Et licet habere effectum ex opere operato cõmune ſit omnibus legis nouæ ſacramentis: magis tamen appropriatur ſacrificio, in quo verè & realiter continetur Chriſtus ſacerdos & ſacrificium, ſeipſum patri repreſentans & pro nobis offerens in holocauſtum, vt deducit Apoſtolus ad Hebræos. In hoc quoque ſacrificio eſt ratio piæ ſupplicationis. Nam in eo fiunt expreſſæ orationes pro defunctis, & ſpecialiter commiſsis, & generaliter pro vniuerſis, vt patet

Chriſtus ſacerdos & ſacrificium in Euchariſtia. Hebr. 10.

tet

tet ex præmiſsis. Hæc autem oratio & ſupplicatio quæ fit in Miſſæ officio, cæteris omnibus efficacior eſt, quoniam fit in perſona non tantum ſacerdotis, vt dictum eſt, ſed etiam ſpecialiter ex perſonis eorum qui Miſſam ipſam celebrari ordinauerunt. Sit defunctus ipſe, dum vixit, ſint teſtamentarii, ſint amici, ſint circunſtantes, ſint offerentes. Generaliter vero ex perſona totius Eccleſiæ ſponſæ Chriſti vnicæ, cuius oratio repulſam non patitur. Ex omnium horum deuotione & merito efficaciam ſuam colligit oratio celebrantis. Et aliquanto poſt: Reducuntur etiam ad ſacrificii oblationem cætera quæ pro defuncto offeruntur ad Dei cultum pertinentia: vt oleum, cerei, thura, vel quæ ad cultus Dei & Eccleſiarum ornatum offerun tur. Hinc Damaſcenus in ſermone de dormientibus, docet cereos, oleum, & huiuſmodi pro defunctis offerri. Dum enim cerei circa altare, feretrum, aut tumulos incenduntur ex perſona defunctorum, Chriſtum verum lumen & æternum, eiuſdemque fidem quæ lumen eſt intellectus viatoris, profitemur. Dum thura incendimus ex eorum perſona, Chriſtum vna cum patre & Spiritu Sancto vnum ſolum Deum verum adoramus. Dum aquam benedictam ſpargimus, dęmonésue orationes fidelium impediant, & ne corporibus illudant, fugamus. Sic quæcunque ad altare offęruntur ſiue in pecunia, ſiue in aliis eſculen

Oratio Eccleſiæ non patitur repulſam.

Damaſcenus.

eſculentis poculentis, & cæteris, vel ad proteſtationem fidei, vel communionis tanti ſacrificii, vel ad ſuſtentationem miniſtrorum altaris & eccleſiæ, plurimum valere animabus fidelium dignoſcuntur, vnde vt allegatum eſt

2. Machab. 12 ſupra, Iudas Machabęus pecunias miſit Hieroſolymam offerri pro peccatis defunctorũ. Et ita quecunque talium ad honorem Dei ſecundum ritum Eccleſiæ pro defunctis offeruntur aut aguntur, ad oblationem ſacrifificij reducuntur, Et paulo poſt: Valent demũ ieiunia, diſciplinæ, peregrinationes, & quæcũque corporis afflictiua pro defunctis aſſumpta, quia eo quod ſunt pœnalia, ſunt pro pœna defunctorum ſatisfactiua. Pœna nanque pœnam ſoluit, minuit, & ſi ſufficit, totaliter liberat. Et multo poſt: Suffragia viuorum valent defunctis ad beatitudinis accelerationẽ, probatur, quia ſuffragia, ſecundum præmiſſa, valent ad remiſsionẽ pœnæ ſatisfactoriæ in purgatorio in toto vel in parte, quam tenentur in gratia decedentes pati in ſupplementum ſatisfactionis condignæ hic neglectæ. Huius pœnæ debito manente, nullus beatificari poteſt, quia nec cum debito pœnæ ſimul ſoluẽdæ in beatitudine, hoc enim eſt impoſsibile, quia omnis pœna repugnat beatitudini: nec poſterius ſoluendæ, quia nihil eſt poſt beatitudinem, cum ipſa ſit æterna, fine carens, & p conſequens etiam omne debitum pœnæ repugnat beatitudini: remiſſo itaque huiuſmo

di

di debito,ſublatum eſt impedimentum beatitudinis,quo ſublato acceleratur beatitudo.

B.Ludouicus Francorum rex illuſtriſsimus iuxta ac pientiſsimis,in expeditione Hieroſolymitana ſeu terræ ſanctæ,poſt viſitatam ciuitatem Nazareth,cum Iopem ingreſſus eſſet,ibique certum de matris ſuæ Blanchæ obitu nuncium accepiſſet:incunctanter ſed nõ minus religioſe parentalia pro matris animæ ſalute perſoluit. In arciuis autem eiuſdem B. Ludouici reperta ſunt præcepta ad filiũ Philippum,quæ rex ſanctiſsimus dum Thunitiũ obſideret,dictauit & ſcripſit,inter quæ ita illum affatur: Denique fili te hortor atque obſecro,ſi præ te terris abiero,animę meę obſequiis & reb⁹ diuinis ſubuenito , & quæ poſthac feceris bonorum omnium mihi partem concedito.

Regnare cœpit anno Domini plus minus 1228.

Tam multis ac ſanctis pariter & magnis doctorib⁹prælibatis,digne ſuffragabitur ceu ſubſcribens ſacra facultas Theologiæ Parrhiſienſis,quæ ad componendos diſsidentiũ circa fidem,ac religionem Chriſtianam opinionum fluctus exortos ſub Franciſco Galliarũ rege Chriſtianiſsimo , certos edidit articulos ad fidem & ad concionatores Chriſtianæ doctrinę,immo & ad cæteros Chriſti fideles apprimè ſpectantes,quorum ſextus ac decimuſſeptimus ſunt:Sacrificium Miſſæ eſt ex Chriſti inſtitutione, valens pro viuis & defunctis. Ad hæc firmiter credendum eſt,& nullatenus dubitandũ

dubitandum, purgatorium eſſe, in quo animę detentæ oratione, ieiunio, eleemoſyna, aliiſq; bonis operibus iuuantur, vt citius liberentur, à pœnis.

Error oppoſitus huic articulo de purgatorio catholicè credendo, præterquam quod eſt Aerianorum, eſt etiã Valdéſium ſeu Pauperum de Lugduno: quiquidem poſteriores hæretici inter non paucos errores alios velut veterem refricando hæreſim, aſſerebant viuorum ſuffragia quæ fiebant pro defunctis nihil prodeſſe: cum morientes omnes, vt iſti falſo dictitabant, ſtatim peruenirent ad cœlum, vel in infernum deuenirent. Quorum hæreſis inualeſcere cœpit circa annum ab incarnatione Dominica mileſimũ centeſimum ſeptuageſimũ ſub Ioãne (cui cognomentum erat Bellomais) archiepiſcopo Lugdunenſi, & paulo poſt damnata eſt per Romanum concilium.

Poſt tot teſtimonia medium in campum producta ad efficacem purgatorii probationẽ facientia, vt res adhuc perſuaſibilior fiat, lubet id ipſum aliquot rationibus confirmare. Proculdubio lex non humana tantum ſed diuina quoque, Chriſto etiam Domino apud
Ioan.8. beatum Iohannem Euãgeliſtam approbatore, ĩuiolabiliter ſancit, vt in ore duorũ vel triũ
Deut.19. teſtium ſtet omne verbum: cuiquidem ſi vel minimũ refragarari nephas eſt, quicunque vir bonus eſt ac verè pius, & qui Spiritum Dei,
Iaco.3. atque ſapientiam, quæ deſurſum eſt, habet,

hoc

hoc eſt, qui pacificus, modeſtus, ſuadibilis, ac bonis cõſentiens eſt, qualem decet eſſe vnúquenque Chriſtianum, profecto nihil reluctabitur. Quis enim audebit contradicere tot doctoribus ſacris, ſummis pontificibus, Canonibus, communi omnium conſenſu approbatis? niſi velit videri plus aliis omnibus ſapere, immo niſi hoc vno videatur velle non haberi amplius pro catholico, ſed potiꝰ pſchiſmatico, & ab omni religione Chriſtiana alieno: quomodo enim vlla ex parte appareat excuſabile in quoquam, vt relictis tot viris catholicis, magis ſequatur malos, audaces, ſuperbos, & omnia ex proprii capitis ſententia metientes? Prænominati ſiquidem & ante citati doctores ſunt (vt omnibus bonis abundè cõſtat) omnino irrefragabiles, & omni (vt vulgo dicitur) exceptione maiores, & hoc quidẽ multo maiores, quo ipſi (ſaltem pro meliori parte) longe anteeunt cæteros dignitate, doctrina, authoritate, ſanctimonia, pietate, vſq; adeo vt poſt beatos Apoſtolos, alióſq; Chriſti diſcipulos, veriſsimè dicas eſſe ſecundas Eccleſiæ columnas, & altera veritatis Euangelicæ firmamenta: cum quibus annumerari, & cum iiſdem, de rebus ad fidem noſtram ſpectantibus ſentire, quis ita cæcutit, vt vel citra vllam comparationem, non videat tutius ac ſanctius eſſe, quàm cum iſtis recentium doctrinarum authoribus, peregrinarúmque innouatoribus ac interpolatoribus? 1. Thimoth. 3.

immo

immo(vt quod eſt)dicam planius, perpetuis Eccleſiaſticæ diſciplinæ oſoribus? Quis enim intantum cæcus eſſe queat, vt non protinus perſpiciat manifeſtiſsimæ eſſe imprudentiæ, aut nimiæ ſtoliditatis potius credere improbis nugatoribus iſtis, qui neque vitam, neque doctrinam Euangelicam ſeruāt: quàm adhærere beatiſsimis martyribus & confeſſoribus, Clementi, Dionyſio, Cypriano, Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino, Gregorio, Bernardo? (vt interim Grȩcos ſilenter prætercam) & aliis Eccleſiæ doctoribus, eruditione præcellentibus atque vita ſpectatis? Scilicet in male-
Sapientiæ.1. uolam animam intrabit ſapientia, & habitabit in corpore ſubdito peccatis: & timētibus
Pſal.24. ſe non manifeſtabitur Dominus, (cum ſit teſtamentum ipſius) & iis quos amicos vocare
Ioannis 15. dignatur, omnia quæcunque audiuit à patre Chriſtus nota nō faciet: quibus & pollicitus
16. eſt dandum Spiritum ſanctum qui omnē veritatem eos doceat. Reſipiſcant igitur, & ad Eccleſiȩ matris ſuȩ gremiū ſine vlteriori procraſtnatiōe redeāt, ſi qui ſunt qui ab ea, vel latum vnguem, deuiarunt, à falſis fratribus, magiſtris mendacibus, ſectas perditionis introducentibus, quouiſmodo antea decepti aut faſcinati: matremque ſuam ac noſtram Eccleſiam catholicam citra vllam fictionem amplectantur, & traditioni ipſius ac doctrinæ ex animo adhæreant permanentes: ne haud ſecus
Geneſis 7. quàm ij qui extra illam Noë arcam reperti

ſunt

ſunt, in cataclíſmo perierunt oẽs, & ipſi quo que excluſi ab Eccleſia(cuius typum gerebat arca illa)ſalutem amittant, quandoquidẽ extra Eccleſiam teſtibus B.Cypriano & aliis ſacris authoribus, non eſt ſalus cuiquam:& merito quidem, quis eum poterit Deum habere patrem, qui non habet Eccleſiam matrem? aut quis erit amicus ſponſi, qui inimicus eſt ſpõſæ? De quo quidem ſancto & ſpiritali matrimonio omnes boni Chriſtiani ſunt procreati. Scilicet vero placebit ſponſo, qui fidelẽ cõtempſerit ſponſam, & eam ſponſam quam tãtopere Chriſtus ſponſus dilexit, vt pro ea totum effundere ſanguinem nihil moratus ſit, quatinus ipſam ſibi glorioſam exhiberet non habentem maculam aut rugam: & de qua veraciter promiſit B. Petro, quòd portæ inferi nõ præualerent aduerſus eã: de qua & B. Paulus ait, quòd ſit colũna & firmamentũ veritatis: de qua & multo ante vaticinatus eſt Sapiẽs hebræus in perſona Chriſti, quòd tota pulchra foret, & macula non eſſet in ipſa: ex quibus perſpicuum euadit quicquid ab Eccleſia traditum fuerit, ſyncerum eſſe, & Euangelicæ fidei cõforme, ac proinde ab oĩbus Chriſti fidelibus ex integro inuiolabiliterq; tenendũ, vel eã obrẽ maximèq; à Chriſto Dño expreſſum habemus mandatum, vt ipſam Eccleſiam audiamus, alioqui ſimus habẽdi ſicut Ethnici & publicani: Item & futuri datæ iuratæq; fidei violatores manifeſti, quippe qui expli-

Ephẽ.5. *Matthai 16.* *1.Timo.3.* *Cant.4.* *Matthai 18.*

cuimus ac proteſtati ſumus in ſacramento baptiſmi,necnon in Symbolo fidei, tum minore, tum maiore,nos adhærere Eccleſiæ catholicę dũ vtrobiq; in hũc modũ dicit vnuſquiſque fideliũ. Credo ſanctã Eccleſiam catholicã. Qua adeo vna profeſsione nos abſtrinximus ad ea omnia & credenda & obſeruanda, quæ ſancta Eccleſia omniũ fideliũ mater ſpiritualis,& omnino in fide ac moribus indeuiabilis,docet tradítque & prædicat: quã vtique in ſupremis Eccleſiæ rectoribus, præſidibus, antiſtitibus,pontificibus, aliíſque fideliũ patribus conſiſtere non debent ambigere Chriſtiani. Cũ igitur per ſuos miniſtros verbo & facto prædicet vniuerſalis Eccleſia, orandum eſſe pro defunctis,defunctorumq́ue celeriori liberatione à pœnis purgatoriis: quiſquis reclamat, velut mentiri aſſerit Eccleſiam, quæ talibus dogmatibus (ſi re vera nullũ poſthac foret purgatoriũ)ſuos circũueniret. Quod ſanè tã abſurdũ eſt contra Eccleſiam ſentire, vt quàmprimũ piæ aures prorſus abhorreãt tale quid audire:quomodo eñ ſanctã dicere poſſis Eccleſiã,quę ſic Chriſti filios & ſuos falleret? diſſentiens igitur,& quouis modo cõtradicens huiuſmodi aſſertioni ac prædicationi Eccleſiæ,de purgatorio poſt mortem ponendo iã nõ tenet Symbolũ, & peccat in prædictũ articulũ:vnde ſi in hoc pertinax reperiat, cẽſeri debet hæreticus,quanuis in Symbolo, nuſquã expreſsis verbis agatur de orationib*

Pertinaciter negans purgatoriũ cenſendus hæreticus

aut

aut aliis ſuffragiis in liberationem purgandorum mortuorum faciendis. Si enim ſatis erat articulis explicite determinatis fidẽ adhibere, quid attinebat quaſi ex ſuperabũdãti, & quodam modo ſuperfluè adiungere, de adhærendo Eccleſiæ catholicæ? quo ſane nihil aliud docemur, q̃ vt præter ſupra enarrata in Symbolo, illis quoque omnibus indubitanter aſſentiamur quæ nobis Eccleſia explicauerit propoſuerítque credenda & tenenda. Non eſt ergo quòd à labe vel ſuſpicione hæreſeos liberari poſsint, quicũque hinc articulo de defunctis qui ſunt in purgatorio, per viuorum ſuffragia iuuandis vel minimum aduerſantur. Repugnantiũ autem peruerſam opinionẽ, ac ſectã bonis moribus virtutibúsq; cõtrariã, ſi diligentius perpẽderemus ac propius rimaremur, magnã inde perniciẽ toti Chriſtianiſmo inuexiſſe facile deprehenderemus. Quid eñ hæretici inficiãtes, & quantũ in ipſis eſt exterminãtes purgatoriũ, aliud q̃ fideles omnes reuocãt ab obſecrãdo, ieiunãdo, religioſe peregrinãdo, ſancte offerẽdo, eleemoſynas multiplicãdo, pia opera factitando, furto ſublata & rapta reſtituẽdo, & (vt in ſumma dicã) quacũque iniuria tum verbo, tũ opere affectis ſatiſfaciendo, ac pro quibuſcunque facinoribus vel leuioribꝰ peccatis admiſsis, dignos pœnitẽtiæ fructus agẽdo? Si nãq; indiſcriminatim, & tã facilè citraq; omnem moram, ſimul atque vitam efflauerimus, cœlum patet omnibus in

Purgatoriũ negãtes reuocant à bonis operibus omnibus.

gratia Dei repertis: quid mihi & laborioſe ſa-tisfactioni, ac graui multiplicique pœnitentiæ pro offenſis in Deum ipſum vel proximũ patratis? Quaquidem perſuaſione mala in animos mortalium ſemel inducta (quod auertat Deus optimus maximus) quis ita bonæ mentis impos eſt, vt non ſtatim animaduertat ſceleratiſsimo cuique liberiores & prorſus laxas dari habenas ruendi in quæuis flagitia? dũ ſic putantur (ſed falſo) peiora non pluſquam leuiora prepedire aut remorari quẽquã à gloria in altero ſæculo conſequenda. Sed (proh dolor) in quot & quãta incidatis incommoda, haudquaquam aduertitis quicunque pernicioſe iſti ſectæ fauetis. Cum enim iſti homines peſtiferi indulgenter blandiuntur peccãtib⁹, promittẽdo nihil ſupereſſe ſupplicii aut pœnæ poſt mortem iis qui in fide Chriſtiana & diuino amore diſceſſerint, malos contra ſe & vos ipſos, ęque ac contra bonos omneis inuitant, & ad nocendum cęteris ídque impune quantum ad Deum, fortius extimulant: dant enim anſam improbis quibuſcunque adempto punitionis futuræ metu vt nulla reformident patrare. Itaque nepharii omnes ceu effrenes, ac nullo timoris retinaculo coerciti vel retardati, ferentur præcipites in quæcunque libuerit. Furabuntur, ſpoliabunt, latrocinabũtur, calumniabuntur, falſa producent teſtimonia, peierabunt, imbecilliores opprimẽt, innocentes mactabunt, incautos ferro veneno

&

& alia vi qualibet necabunt, alienas ſedabunt vxores, virgines rapient, etiam ſacras, & ſacrilegæ conſtuprabunt, inſurgent propriis dominis, parentibus, affinibus, cognatis: nulli ætati, ſexui, conditioni ſtatui, ordini parcentes: ſed apertam omnibus iniuriam afferent qui aliis potentiores erunt. Sic bonis nuſquam erit tutum, dum pro ſua libidine tentabunt omnia perditiſsimi quique: domos villáſque paſsim concremabũt, incendent vrbes, ſacras ædes prophanabunt, committẽt ſacrilegia, & ſacra prophanáque miſcendo, confundent omnia. Ad hæc ſuperos ipſos aſpernabuntur, irridebunt, blaſphemabũt, nequitiam & iniquitatem in excelſo loquentur, ponẽt in cœlum os ſuum, & lingua eorum trãſibit in terra: quando nec humana nec diuina verebuntur, neque puniri vel in hac, vel poſt hanc vitã vllatenus pertimeſcent: cum tamẽ interim vt boni amore virtutis, ita mali (teſte quodam) formidine pœnarum peccare odiſſe conſueuerint: quod maiori cum authoritate Salomõ declarauit, cum ait: Timor Domini initiũ ſapientiæ, &: Per timorem Domini declinat omnis à malo. Sed iſti volũt viuere exleges, ac ſecundum carnem, & promittẽdo omnibus carnalem licẽtiam, ne dicam Chriſtianam libertatem, artificioſe curant vt plures in falſam opinionem ſuam pertrahant aut pelliciant, diuites expilent in ſuam ipſorum vtilitatem tẽporalẽ, & in auaricia (vt loquitur beatus Petrus

Pſal. 72.

Prouerb. 1.

15.

2. Petri. 2.

truſ) fictis verbis de eis negocientur, mulierculas in ſua allectēt deſideria mala, quib' ad nutum pro libidine abutantur, nullam precio
Rom.14. ſarū animarū (pro quibus mortuus eſt Chriſtus) pluſquàm brutalium rationem habētes, cum nihil metuant quoſuis æternæ perditioni exponere, modo ſuas voluptates carnales & ſceleſta expleant vota. Nec quenquam, niſi forte eos à quibus ſibi ſecundum mundum timent, vlla ex parte verentur, præſertim ex ſuperioribus Eccleſiaſticis, quos tamen magno in honore tanquam patres ſpirituales habere deberent, iuxta præceptum de parentibus ho-
Exod.20. & Matth.15. norandis etiam corporalibus, quantomagis ſpiritualibus idem exhiberi decet: tum maxime, quòd conſtet Eccleſiæ rectores, tametſi aliquādo indignos & peccatores, eſſe nihiloſecius veros apoſtolorum cæterorúmq; Chriſti diſcipulorum ſucceſſores, ac proinde fidelium patres reputandos. Quod ſi domini
1. Timoth. 6. ſæculares honorandi ſunt, & iudices etiam multo inferiores regibus, non hominis iu-
2.Paral.19. dicium ſed Dei exercent: nónne amplius & perfectius Eccleſiaſtici pontifices Dei perſonam & Apoſtolicum ordinem referent? Iuxta id Pſalmiſtæ: Pro patribus tuis nati ſunt
Pſal.44. tibi filii, conſtitues eos principes ſuper omnem terrā. Quibus obediendum eſt ex Chriſti præcepto: Qui vos audit, me audit: &
Luc.10. qui vos ſpernit, me ſpernit. &: Omnia ergo

quæcun-

quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facite: & credendum eſt iiſdem cum de contradicente exprimat idem Dominus: ſi non audierit Eccleſiam ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Et in Deuteronomio ſcribatur: Interroga patrem tuum & annunciabit tibi, maiores tuos & dicent tibi. Cum ergo à Salomone in Prouerbiis iubeamur, ne dimittamus legem matris noſtræ, & ab eodem pronuncietur filius ſapiens ac beatus qui cuſtodit legem: è contrario autem, eius qui declinat aures ſuas ne audiat legem, oratio ſit futura execrabilis: quanta eſt temeritas, & quàm intoleranda arrogantia, nolle ſequi doctrinam Eccleſiæ, matris omnium fidelium, tam ſapientis? vtpote cui à Spiritu ſancto ſuggeruntur omnia quæcunque mandat & vult CHRISTVS: & quæ ab eodem Spiritu docetur omnem veritatem. Quis igitur noſtrum præſumere debet aliquid ſcire præ illa? Si quis enim (vt ait diuinus Apoſtolus) ſe exiſtimat ſcire aliquid, nondum cognouit quomodo oporteat eum ſcire. Itaque auſcultemus omnes matrem noſtram ſanctam Eccleſiam, ab omni ſemper errore immunem: auſcultemus inquam, potiſsimum in re tam pia tamque fauorabili, quippe qua vnuſquiſque quàmlibet mediocriter pius inuitatur ad bona opera:

Matth 23. *Ibidem.* *Matthei 10.* *Deut. 32.* *Prouerb. 1. & 6.* *Prouerb. 28. 29.* *Ioannis 14. 16.* *1. Cor. 8.*

mali vero, ſed tamen ante mortem reſipiſcentes ceu coguntur à vitiis temperare, ſaltē motu pœnarum poſt hanc vitam in purgatorio ſuſtinendarum, tam grauium, támque acerbarum: vt nullæ huius tempeſtatis, quantunuis diuturnæ aut ingentes, illis adæquari valeant. Quapropter & quàmplurimi ex maioribus noſtris veritatem huius articuli de animarum acriori purgatione poſt mortem, planè & indubitanter aſſecuti, multa ordinarunt ad Dei honorem & pœnarum peccatis ſuis debitarũ relaxationem, ædificantes monaſteria, templa, ſacella: inſtituentes eleemoſynas quotannis diſtribuendas pauperibus, Miſſas, anniuerſaria, aliáque Eccleſiaſtica officia perpetua, & ſuffragia quælibet defunctis propicia: quibus iuuarentur apud Deum optimum maximum, per preces eorum qui ad huiuſmodi peragenda deſtinati ſunt: & ſeſe ad hæc ob reditus annuos deuinxerunt: quatinus leuius purgētur, & citius animarum ſuarum refrigerium obtineant, ſecuti in hoc Chriſti Domini cõſiliũ, faciendo ſibi amicos de mammona iniquitatis, à quibus cum defecerint, recipiantur in æterna tabernacula. Quas ob res nullis ſumptibus pepercerunt, ſed bonam opum ſuarũ partem in hunc finem impendendo elargiti ſunt: quod quidem actitando, maiorem longe laudem ſunt adepti, cũ apud homines, tum apud Deum ipſum, quàm quicunque ædificia alia extruxerunt, ſiue ſint priuatæ vel publicæ ædes,

Luc. 16.

des,

des,ſiue magnifica palatia, vel inexpugnabilia caſtra,vel etiam vrbes ampliſsime:In his enim quid aliud fecerunt ædificantes quàm quòd *Pſal.48.*
nomina ſua in terris ſuis poſuerunt:In illis autem nomina ſua in cœlo conſcripta curarunt pij mortales, ac proinde iure optimo gaudere *Luc.10.*
poſſunt atteſtante Chriſto.

Si error iſte de purgatorio poſt mortẽ non credendo graſſetur & inualeſcat, ſatis ſuperq́; euidens eſt, quanta ſit futura prope diẽ diuini cultus & eccleſiaſtici officij diminutio: quãdoquidẽ noĩe aĩarũ in purgatorio expiãdarũ innumera fiunt ſuffragia, parẽtalia,plãctus magni, exequialeſque actus quæ omnia tamen è veſtigio prætermittentur,ſi peruerſa ſecta iſta amplius increſcat. Quis quęſo,vt alia interim ſilentio premam, poſsit enumerare quot ſanctæ Miſſæ in Eccleſia catholica pro defunctis quotidie celebrentur? in quibus ſacroſancta illa victima & ſalutaris hoſtia, nempe verum Chriſti corpus veruſque ſanguis in memoriã dominicæ paſsionis toties realiter ac vere offertur deo patri pro ſalute viuorum & mortuorũ: quæ quidem omnes Miſſæ defunctorũ omittentur & ceſſabunt celebrari vbique, ſi pernicioſa hæreſis iſta vnquàm perſuadeatur mortalibus. Quantum igitur facit ad diuinum honorem conſeruandum vel amplificandum multiplicatio Miſſarum in eccleſia pro remiſsione pœnarum,quas animæ hinc ęmigrantes inexpleta peccatorum ſatisfactione debent,

debent, tãtum detrahetur diuino tum cultui tum honori, per neglectum prędictarum Miſſarum. Quod quàm ingens ſit malum nemo Chriſtianus ignorare debet, cũ ne ipſos quidẽ lateat dæmonas, qui ideo procurarũt perſuaſeruntq́; iam aliquot in locis per ſuos impios miniſtros, auferri ſuffragia pro mortuis, quia videlicet inde cognoſcunt aut plane ſciũt, dei honorẽ imminui, aduerſus quẽ omni via improba nunq̃ non machinantur, ſuperbia eorũ ſemper aſcendente qui deũ oderunt. Quod ſcite attendẽtes viri boni pleriq;, tantomagis inuigilant ad augmentum huiuſmodi ſuffragiorum, quanto plus cõtendunt male affecti, eadẽ prorſus abrogare vel imminuere. Hinc videmus à piis Chriſtianus in Eccleſia nouos quotidie fundari obit⁹ perpetuos, & erigi noua tẽpla vel ſacella in quibus perpetua defunctorum memoria fieri habeat, ad expeditiorẽ pœnarum per mortuos adhuc debitarũ exolutionem.

Pſal.73.

Sed diſcutiamus an cum equitate ſtare poſſit, aut veritas pati queat, vt nullã dicamus omnino ſupereſſe afflictionem vel pœnam poſt hanc vitam, iis etiam qui veſte nuptiali, id eſt, charitate inſigniti tunc comperientur. Haud dubiè, vt axioma eſt, nullum bonũ remanere irremuneratum: ita quoque nullum malũ relinqui impunitum, iuxta etiam verbum beati Iob inquiẽtis: vrebar omnia opera mea, ſciens quod nõ parceres delinquenti. & iterũ: Deus inultum

Matth.22. *Iob.9.*

inultum abire non patitur. Vtrunque enim Iob.24.
ex incorrupta iudicantis dei lege & equitate
emanat: nam quãuis deus optimus maximus,
natura propenſior ſit ad miſerendum, vt po-
te cui proprium eſt ſemper parcere & miſere-
ri, domini enim miſericordia plena eſt terra, Pſal.24.
cuius & miſerationes ſuper omnia opera eius Pſal.144.
vt ait pſalmographus: Iuſtus nihilominus vl- Pſal 93.
tor eſt malorum, ſiquidem, teſte eodem, deus
vltionum dominus. &: iuſtus dominus, & iu- Pſal.10. Pſal.47.
ſtitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius. &
apoſtrophæ vtens ad ipſum: iuſticia (inquit)
plena eſt dextera tua. Ita ergo deus ſuis miſe-
ricordiam elargitur, vt iuſtitia diſciplinæ nũ-
quàm prætermittatur. Hinc in ſcripturis di-
uinitus traditis coniungi legimus miſericor-
diam & veritatem: quatinus ita deum prædi-
cemus miſericordem, vt non obliuiſcamur
eſſe iuſtum, & contra. Quamobrem & meri-
to ait prælibatus pſaltes: vniuerſæ vie domi- Iacob.2.
ni miſericordia & veritas. Vnde licet ex bea- Pſal.24.
to Iacobo, ſuperexaltet miſericordia iudi-
cium: negare tamen non poſſumus iuſticiam
dei diſtributiuam exigere, non ſolum quòd
bona præmientur, ſed etiam mala puniantur:
alioqui imperfectior videretur diuina iuſti-
cia, quàm humana, cum hæc ad coercendos
malos iuſtiſsime plectat peccantes in ſuas le-
ges. Peccata autem non tranſire inulta, etiam
ſi non ocius puniantur, aperte declarat ac-
clamatio filiorum Iacob, dolenter confi-
tentium

tentium ſe iuſte puniri ob venditionẽ Ioſeph fratris ſui, ante annos plus minus vigintiquin
Gen. 42. que factam, & inuicem ſic loquentium: Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum, vidẽtes anguſtiam animæ illius dum deprecaretur nos, & non audiuimus. Idcirco venit ſuper nos iſta tribulatio. Equibus vnus Rubem ait: Nunquid num dixi vobis: Nolite peccare in puerum, & non audiſtis me? En ſanguis eius exquiritur. Et ipſe Iudas corã Io
Gen. 44. ſeph, non agnito tamen: Deus, inquit, inuenit iniquitatem ſeruorum tuorũ. Ideo propheta non minus bene quã vere dixit in pſalmo pœ
Pſal. 50. nitentiali: Peccatum meum contra me eſt ſemper, vtrobique videlicet diuinam confitendo iuſtitiam. Conſcientia enim vt mille teſtes, quaſi incorruptus iudex, etſi differat nonnũquàm: ſed tamen aliquãdo inſurgit, vrget, clamat aduerſus peccantẽ: & nemine alio arguẽte, facit vt homo ſemetipſum accuſet, & damnet, etiam grauius quouis alio reprehenſore. Nónne idem apparet multis in locis diuinorũ voluminũ, vbi referuntur vltiones quorundã peccatorum multo ante patratorum? Vnde & Chriſtum dominum, vnicum generis humani redemptorẽ, oportuit ſatisfacere non ſolũ pro peccato primorum parentum, plus minus quinquies mille annis commiſſo: verumetiã pro omnibus eiuſdem peccati circunſtantiis, quod liquido deprehẽdere licet: ſi accuratius inſpiciamus quæ ſuſtinuit ipſe dominus in

paſſione

paſsione ſua. Ad quid enim paſſus eſt ſibi ocu
los velari, & velut excęcari, niſi vt ſatisfaceret *Marc.14.*
pro curioſo & illicito aſpectu, quo vidit mu-
lier quòd bonum eſſet lignum ad veſcēdum,
& pulchrum oculis aſpectúque delectabile? *Gene.3.*
Aut quare patienter audiuit tot opprobria,
ſubſannatiões, blaſphemias, quaſi pſeudopro
pheta eſſet, & ſceleſtiſsimus impoſtor, niſi vt
ſibilum ſerpentis per aures Euæ ingreſſum,
ſanaret? dicentis: Cur præcepit vobis deus, vt *Ibid.*
nō comederetis ex omnî ligno paradiſi? & ite-
rum: Nequaquā morte moriemini. Scit enim
deus, quòd in quocunque die comederitis ex
eo, aperiētur oculi veſtri, & eritis ſicut dij, ſciē
tes bonum & malum. Vnde & ſatisfaciēs pro
ſcientia diuina male affectata à primis parenti-
bus, Chriſtus dei ſapientia, illuſus eſt ab He- *1.Cor.1.*
rode, indutus veſte alba, & quaſi fatuus ſuis *Luc.23.*
aduerſariis oſtentatus eſt. Et pro eo quod vo-
luerunt primi parentes ſe à dei ſeruitute ſub-
trahere, & velut dominium ſupremum vſur-
pare: Irriſorie adoratus eſt dominus à gētibus
genu flexo cū ſubſannatione, dicentibus: Aue *Matth.27.*
rex Iudæorum. Data eſt ei arūdo in manu pro
ſceptro, & acutiſsimis ſpinis coronatus eſt. Et
quia iidem parentes appropinquarunt pedi-
bus, & manus extenderunt ad lignum vetitū:
pedibus manibúſq; diriſsime confoſsis, ligno
affixꝰ eſt rex glorię inter duos latrones. Quo- *Ioan.19.*
niam autem illi guſtarunt ac comederunt fru-
ctum ſibi interdictum: hic in eſcam ſuam fel
accepit,

Pſal.68. accepit, & in ſiti ſua aceto potat' eſt. Quia vero illi viuere perpetuo cupierunt, tranſgreſsi nihilominus mãdatum ſupremi domini creatoris ſui: hic in cruce acerbiſsimã ignominioſiſsimámque mortẽ paſſus eſt. Alia huiuſmodi colligere facile eſt ex diuina ſcriptura, ex quibus conſtat quàm abunde quamq́ue ſufficienter exoluerit, pro omnibus & ſingulis offenſis Chriſtus ſaluator noſter: & tamen ſupereſt adhuc ex parte noſtra aliquid nobis patiendum, vt B. Paulus ſatis oſtendit, inquiens:

Coloſ.1. Nunc gaudeo in paſsionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ deſunt paſsionum Chriſti in carne mea pro corpore eius quæ eſt Eccleſia. Tanta proculdubio eſt peccatorum grauitas ac fœditas, vt pro eis nullus omnino præter

1.Timo.2. Chriſtum Ieſum, mediatorem dei & hominũ, ſatisfacere ad condignum potuerit: Immo & ipſe homo Chriſtus Ieſus tantã his expiandis vim ac difficultatẽ paſſus eſt, vt cruci ſuis humeris impoſite non abſre ſubiacuiſſe creda-

Math.27. tur. Ex quo enĩ additus eſt ei Symon ille Cyreneus ad ferendã poſt ipſum crucem, rationi cõſentaneum videtur, quòd ipſe (vtpote valde debilitatus ex præcedentibus vigiliis, iniuriis, percuſsionibus, colaphizationibus, flagellationibus, præter alios quoque labores antea aſſumptos, in ieiuniis, orationibus, peregrinationibus vt pluribus prædicaret) ſub onere crucis ceciderit, quaſi eã nõ potẽs vltra ſuſtinere, nimio preſſus pondere, vt prædicant aliqui

qui. Nec id quidẽ ſine myſterio, vt videlicet conſideremus quàm grauia forent ſcelera noſtra, quæ non aliter quàm per precioſum ſanguinem ſuũ æmaculaturus eſſet ipſe dominus Ieſus. Tam grauia inquam, tamq; indigna, ꝙ nec perpetuo igne infernali(licet ignis etiã huius mundi, quanto magis ille gehẽnalis? natura ſit maximè purificatorius) peccata dãnatorũ emundari queant: ſi enim ad plenũ expurgata eſſent aliquando, certe(vt videtur)ceſſare deberet eorum pœna. Quod ſi ita res habet, ita autẽ habet haud dubiè, quomodo & qua frõte, hoſtes fidei catholicæ, conãtes ex mortaliũ memoria & ſancta ꝑſuaſione, abolere purgatoriũ, quod in altero ſeculo ponitur, aſſeuerare confidenter præſumũt, quòd omnes qui in charitate decedunt ad patriam ſtatim euolent, pœnitentiam præcedentibus cõmiſsis dignã egerint nécne? quaſi omnia ſimul precioſiſsimus Chriſti ſanguis ſemel effuſus crimina ſemper abluat, non ſolum quãtum ad culpam ſed etiam quantum ad quancunque pœnam: nolentes videlicet memoria repetere aut ſecum inquirere, cur multi tandiu puniti ſint corporaliter in hac vita ob præcedentia delicta, cuiuſmodi fuit ille paralyticus apud beatum Ioannem octo & triginta annos habens in infirmitate ſua, quanuis credibile ſit, immo veriſsimillimum, de peccato ſuo non diſtuliſſe cordis pœnitudinem ſeu reſipiſcentiam, ad illam vſque horam qua Chri- Ioan.5.

ſtus

ſtus dominus eum ſanauit. Mirari autem deſinerent iſti ſcioli, cur diuturnæ ſuperſint pœnæ, etiam poſt culpas iam tranſactas, ſi ex ſanctis doctoribus diſcere voluiſſent, cur ita fiat ex iuſtiſsima dei optimi maximi, & rectiſsimi iudicis æquitate. Ad hoc enim (vt teſtatur B. Auguſtinus) productior eſt pœna quàm culpa, ne parua putaretur culpa, ſi cũ illa finiretur & pœna. Si igitur ex inuiolabili dei iuſtitia, punitio quouis peccato prolixior exigitur: qui immunera pene eadéq; immaniſsima patrauit, & ne pro vno quidem illorum, dignam hic ſatisfactionẽ egit, exiſtimandus ne eſt immunis omnis pœnæ, ſtatim trãſiturus ad optatiſsimam requiem cœleſtem, ſi modo per dei bonitatem datum ſit ei in vltimo etiam vitæ ſuſpirio reſipiſcere, & per quantulamcunque cordis contritionem in creatoris ſui gratiam redire, ac proinde in charitate emori? Non ſic impij non ſic, non enim ita acceptor eſt perſonarum deus, nec tam iniuſtus, vt aliquem propter vnicum aliquando peccatum tandiu affligat in hac vita: & alium qui immuneris propemodum ſcatet flagitiis, quaſi totus ſub peccato venundatus, ſine minima punitione in ſuum regnum citiſsime admittat, quamuis in gratia expiret. Si oppugnatores purgatorij poſt mortem futuri, æqua lance perpendere vellent grauitatem, enormitatem, indignitatem ſuorum & alienorum criminum mortalium: haud dubiè non ita conarentur præcipitanter

Augu. tract. 124. in Ioannem.

Pſal. 1.
Rom. 2.

pitanter introducere ad ſanctiſsimum patrem cœleſtem hinc abeuntes peccatores, tametſi p gratiam reconciliatos. Si enim homicidiũ vel vnicum, meretur vt qui ipſum patrauit, exem pletur traducatúrque coram omnibus aliis, & publicas det pœnas, etiam cum tanta confu- ſione proprij nominis, ac ſuorum diffamatio- ne: quomodo non maximopere cõfundetur, atque totus erubeſcet præſentandus Deo iu- dici incorruptiſsimo, qui quàmplurima admi ſerit piacula capitalia? Non poteſt malefactor ſeueriorem terreni iudicis vultum ſuſtinere, nec aſperiora reprehenſionis verba: & tanquã effrontes ac confidentes nimium, vultui diui- no præſumemus actutum pręſentari? nos qui per totam vitam innumeris ſordiuimus ma- culis ac nequitiis? Quæcunque mulier in ve- teri lege ſuſcepto ſemine, quãquã ex legitimo *Leuit.12.* thoro immunda, non ingrediebatur Moſaicũ ſanctuariũ, donec implerentur dies purgatio- nis ipſius. Et omnis leproſus, & q ſemine flue *Num.5.* bat, pollutus quoque ſuper mortuo tam ma- ſculus quàm fœmina eiiciebatur de caſtris ne ea contaminaret. Et tribus annis Abſalon ob parricidiũ nõ vidit faciem patris ſui Dauidis *2.Reg.13.* Etenim quãuis placatus eſſe Dauid, dixit ta- men ipſi Ioab de Abſalone: Reuertatur in do *2.Reg.14.* mum ſuam, & faciem meam non videat. Man ſitque Abſalon in Hieruſalem duobus annis & faciem regis non vidit: ſed tandem vocatus ad regem intrauit, oſculatúſq; eſt rex Abſalõ.

Si huiuſmodi nõ ſtatim admittebantur, vt viderẽt quos prius offenderant, licet alioqui in gratiam recepti, quomodo anima cum multis antea amatoribus mundi fornicata, extem-
Hiere.3. plo recipietur in amplexus caſtiſsimi ſponſi ſui Chriſti, ad ſanctiſsima cœleſtis patris oſ-
Apoc.19. cula, ad diuiniſsimum conſpectum regis regũ & domini dominantium, vt iam videat eum
Exod.34. facie ad faciem, ac oſtendatur ei omne bonũ?
Abac.1. Nam teſte Abacuh: Mũdi ſunt oculi Domini ne videant malũ. Et Chriſtus dominus ſo-
Matthæi 5. los oſtendit viſuros Deum, qui mundo eſſent corde. Splendorem veri luminis ſordeſcens acies videre non poteſt: ſordet autem adhuc oculus interior ex reliquiis peccatorum ſibi adhærentibus, dũ afficitur & quodãmodo cogitur adhuc affici ad peccata iã præterita: detergãtur ergo prius oculi' interiores, vt ſic auguſtiſsima clariſsimáq; Dei viſione paſcatur ſerenus intuitus. Squalores malitiæ fluctibus lachrymis, ceu quodã ſaponis acrimonia dealbẽtur oẽs, ne limpidiſsimos diuinæ bonitatis oculos, vel minimũ offendãt. Radatur ſuſpiriis ex imo corde tractis, pectoris tũſionibus, ardẽtibus orationis clamorib', quicquid maculæ vel rugæ relictũ eſt in anima ex quibuſcũq; culpis antea cõmiſsis: & cũ tã munda erit, q̃ dealbata aſcendit ex fonte baptiſmali, tũc demũ merebitᷣ offerri & aſsiſtere dño ſuo:
Gene.49. cuius oculi ſunt Sole clariores, vino pulchrio-
Apoc.1.19. res, & ſicut flamma ignis, cuius facies decora

&

& ſpecioſa præ filiis hominum, & ſicut Sol lu- *Pſal. 44.*
cet in virtute ſua. Quomó ergo qui ſuas ini- *Apoc. 1.*
quitates agnoſcere debêrent tã multas & ſæpenumero ſupra modum nepharias, nõ verecundantur toti, vt præſumant, aſſerere ſe, modo ſint in gratia, cumprimum naturæ debita ſoluerint, fruituros tota curia cœleſti, ac deo ipſo optimo maximo? Si accuratiꝰ apud ſe trutinarentur, ac repeterent quoties & quantum peccarũt, etiam ſi vltro inuitarẽtur ad ingreſſum cœleſtis palatii, proclamarent certe ſe indignos, nec ſuſtinerent intrare priuſquã pœnitendo ac dolendo, largoſque lachrymarum
fluuios ex oculis deducendo per diem & no- *Hiere. 9.*
ctem, in ſe punientes emendaſſent omnia quę antea inique patraſſent, vel ad vltimum vſq; quadrantem. Debétne quiſquam multarum reus noxarum quamuis iam reconciliatus ſe protinus dignum conſpectu Dei præſumere?
cum beatus Iohannes baptiſta ab vtero ma- *Luc. 1.*
tris ſanctificatus, palam proteſtetur ſe nõ eſſe
dignum qui corrigiam calceamentorũ Chri- *Marc. 1.*
ſti adhuc cũ mortalibus agẽtis, ſolueret. Aut nihil pudebit hominem quàmplurimis antea obnoxium piaculis, velle confeſtim admitti
in regnum cœlorum? cum Centurio ille fide- *Matthæi. 8.*
lis, pius, miſericors, humilis, iure affirmet ſe nõ eſſe dignũ ſub cuius tectũ intret Chriſtus? Aut peccator magnus vbi primum in gratiam fuerit receptus, affectabit ſine mora cœleſtem intrare hæreditatem? cum prodigus

ille, licet pater accurrens cadat ſuper colum
Luc.15. eius ac oſculetur eum, fateatur ſe iam non eſſe dignum, qui vocetur filius tanti patris à ſe antea offenſi. Aut quàmprimum optabit honorificè coronari à patre cœleſti, qui per totam propemodum vitam nihil aliud quàm mundum, carnem, dęmonia, amauit? cui non tã debentur cœleſtia dona, quàm exquiſita ſupplicia multa. Qua enim (quæſo) temeritate depoſcit quis gloriam, cui pœna debetur? Laceſſit profectò iudicem vel clementiſsimũ, quicunque poſtpoſita delicti ſatisfactione, quærit præmio affici. Quiſquis ſupplicio obnoxius eſt, regi quidem inſultat, ſi indebito cumulari brauio flagitat: dulcem quoque patris affectum ſtultus exacerbat filius, qui poſt irrogatam contumeliam ante pœnitudinem vſurpat hæreditatis celſitudinem. Nimis haud dubiè nimis placemus nobis, indulgentioréſque ſumus: qui è cõtrario ſeueriſsimè contra nos ipſos agere deberem⁹, vindicãtes in nobis peſsima quæque ſexcenties aduerſum piiſsimum patrem Deum optimum maximũ patrata. Quid eñ aliud quam innumeris vndequaque peccatis ſcatemus, & adbuc pluſquã qua triduana cadauera fetemus? quorum os, lingua, labia, infinitis fuerunt coinquinata colloquiis inanibus, mendaciis, maledictis, detractionibus, falſis teſtimoniis, periuriis, blaſphe
Prouerb. 26. miis. Os enim peruerſum, bilingue, lubricum, operatũ eſt ruinas: In iuramenta vana, ſermonéſque

néſq; indiſciplinatos ſæpe lapſum eſt, loquẽdo ingentia, ſtultitiam, vanitatem, iniquitatem, ſuperbiam, repletum increpationibus, calumniæ & maledictionis plenũ, abundans malicia, decipiens amicũ, iurgia prouocans. Lingua vero tranſiuit in terram, volubilis, fallax, maledica, magniloquia, acuta vt gladius, & ſicut ſerpẽtes, malignè agendo, cõcinnando dolos, vt ſagitta vulnerando, cõmmaculando totum corpus, & inflammando rotã natiuitatis noſtræ, inflãmata à gehenna, irrequietũ malũ, plena veneno mortifero. Labia autẽ ſub quibus venenum aſpidum, tumentia, mixta rixis, fraudulenta benedicẽdo Deum & patrem, & maledicendo homines qui ad imaginẽ & ſimilitudinẽ Dei facti ſunt, in omnia quàmlibet praua quaſi effrenata præcipitãter prorũpẽtia. Aures incircũciſę cõfabulationib⁹, dicteriis, rumorib⁹, vanitatibusq́; pruriẽtes, inexplebiliter arrecte ad hauriẽda noua, detractoria, obſcœna, illecebroſa, ĩproba, nepharia, & ad omne malum ſemper apertæ: clauſæ vero ac ſurdæ, & prorſus aggrauatæ ad auſcultãda vera, ſancta, pia, & quæcũq; ſunt ſalutis animæ. Impatiẽtes ad reprehẽſiones correptionéſq; aliorum ſibi vtiles, neceſſariáſq; ſuſcipiendas: ad nihil aliud vacãtes, q̃ ad colloquia placẽtia, ſibíq; blandiẽtia audiẽda. Oculi viſu inſatiabiles, prẹmiis doníſq; excæcati, mirantes perſonas quęſtus cauſa, ſublimes, ad ſpectãdas mundi vanitates erecti, depreſsi in terrã ne videant coelum,

Pſal.72. *Pſal.56.& 139.* *Iacob.3.* *Pſal.139.* *Iacob. 3.* *Iude.*

cœlum, pleni adulterii & inceſsabilis delicti laſciuiæ, toruitatis, inuidiæ, indignationis. Nares apprimè ſagaces ad exquiſitos florum herbarum, vnguẽtorum, aromatum, odores, delectabilem ſuauis cibi cuiusque olfactum, vini fragrantiam, omnéſque delicias quæ hominem effeminant. Palatum inhians aſsiduè & in dies ardentius ad delicatiora ſuauioráq; ædulia, magíſq; opipara ligurienda, prorúſq; inexaturabile, quaſi ad hoc natura cõparatum vt tantummodo ædat. Nouos continuo eſcarum potusque apparatus expectás, ambroſias dapes, nectareáque pocula affectás, quàmplurima prodige inſumens, neglectis interim egenis Chriſti pauperibus & fratribus, imitãdo videlicet Epulonem illum inceſſanter epu-
Luc.16. lantem ſplendide, qui ne micas quidem vlceroſo Lazaro ad ianuam ſuam miſerabiliter iacenti de menſa cadentes, dandas curabat. Manus iniuſtitias concinnantes, plenæ furto, ra-
Pſal.57. pina, ſanguine, homicidiis, porrecte ad capiendum, contractæ ad largiendum, maximè indigentibus, violente in pauperes, plaudẽtes ſuper aliorũ infortuniis, pigre ad bonũ operandum, agiles ad quoduis facinus cõmitten-
Prouerb.6. dum. Pedes veloces ad currendum vt faciant
Iſaia.59. malum, & ad effundendum ſanguinem innoxium: lenti ad ambulandum in viis iuſtitiæ, & in lege Domini. Vultus ſubditis ac inferioribus aſper, toruus intolerabilis: primorib⁹ magnis & potẽtibus arridens, blandus, aſſentans:
ad

ad captandum autem vulgi fauorem,& ſancti
moniæ exiſtimationẽ ꝑ hypocriſim variè im
mutatus, collum extentum, ceruix dura, ca- *Pſal.37.*
put elatum,lumbi illuſionibus impleti. Ven- *Oſee.7.*
ter vt clibanus ardens, in terra cõglutinatus, *Pſal.43.*
epulis diſtentus,æſtuans mero, ac proinde in
libidinem facile deſpumans. Caro tota cor-
rumpens omnem viam ſuam,effrenis, laſciua, *Gene.6.*
aggrauans animam,& ſenſum multa cogitan- *Sapientiæ 9.*
tem,concupiſcens aduerſus ſpiritum,& homi *Galat.5.*
nem captiuans in lege peccati. Cuius pruden- *Romano. 7. & 8.*
tia ac ſapientia,inimica eſt Deo, legi Dei non
ſubiecta,nec enim poteſt: ſecundum quam vi
uentes morientur ſpiritualiter, quippe cuius
opera nihil aliud ſunt, quàm fornicatio, im- *Galat.5.*
mundicia,impudicitia,luxuria, idolorũ ſer-
uitus,veneficia, inimicitiæ, contentiones, æ-
mulationes,iræ,rixæ,diſſenſiones,ſectæ,inui-
diæ,,homicidia,ebrietates,comeſſationes, &
his ſimilia:quæ teſte B. Apoſtolo, qui agunt,
regnum Dei non conſequuntur. Cor exerci- *2.Petri 2.*
tatum auaritia,machinatione,inuidia in pro-
ximum,improba obduratum affectione:& cu
ius cuncta cogitatio intenta eſt ad malum om *Gene.6.*
ni tempore,duplex,infidele,machinans malũ, *Prouerb.6.*
& cogitationes peſſimas, congregans iniqui
tatem, vanum, ſuperbum, nequam indo-
mabile, ferinum, crapula,ebrietate curíſque *Luc.21.*
huius vitæ grauatum, repletum immũdiciis, *Iacob.5.*
in luxuriis enutritum,tardum ad credendum
vtilibus & neceſſariis ad ſalutem, leue autem

ad vanitatem & quancunque improbitatem.
Matthæi 15. Ex quo exeũt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, & blaſphemię, quę coinquinant hominẽ.
Gene. 8. Senſus in malum pronus ab adoleſcentia ſua,
2. Petri 2. & totus carni addictus, deliciis affluens, in cõuiuiis luxurians, perſeuerans in carnalibus deſideriis. Voluntas deprauata, peruicax, Deo hominibúſque rebellis. Intellectus diſtortorum refertus iudiciorum, falſarum opinionũ, nouarum ſectarum, errorum, hæreſum. Con-
1. Timoth. 4. ſciẽtia lęthalibus maculis polluta, cauteriata, & omnibus propemodum nequitiis contaminata, mens denique omnis iniqua, peruerſa, & prorſus impura: vt iam de quouis pene homi-
Eſaia 1. ne merito dicas illud Eſaiæ: A plãta pedis vſq; ad verticẽ, non eſt in eo ſanitas. Et illud Hie-
Hiere. 6. remiæ: A minore quippe vſque ad maiorem, omnes auaritiæ ſtudent, & à Propheta vſque ad ſacerdotem, cuncti faciũt dolum. Et illud Pſalmiſt. Omnes declinauerũt, ſimul inutiles
Pſal. 13. facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. Et nolunt aliqui à tam multis improbitatibus, neq; in hoc ſæculo, neq; in altero perdignas pœnas emaculari: ſed ſibi perſuadent quòd hinc migrãtes quàmprimũ plena immortalis vitæ beatitudine donabuntur: quaſi nulla vnquã pœna præterito peccato debita ſuperſit. Sed non ita relinquuntur à Deo iudice iuſto impunita crimina, vt teſtatur ipſa ſacra ſcriptura, potiſsimum veteris

teſtamenti:

teſtamenti: vbi paſsim legimus tã ſeuere mulctatos, & aliquando vndiquaq; exterminatos à domino peccatores: vt conſtat ex miſeranda cataclifmi immundatione, qua originalẽ mũdum (vt loquitur B. Petrus) deleuit deus, vſq; ad animantia terræ, & volatilia cœli, octo dũtaxat hominibus ſaluis. Ex ſulphurea quinq; ciuitatum conflagratione cœlitus immiſſa ob peccata Sodomitica. Ex repẽtina ſubuerſione Pharaonis & omnium principum eius, cũ toto exercitu in mari rubro. Ex viginti tribus hominum milibus ob vitulum conflatilem adoratũ trucidatis. Ex formidabili terræ abſorptione, qua Chore & eius complices deſcenderunt in infernum viuentes. Ex ducẽtis quinquaginta viris incenſum offerentibus, aliiſq; ad quatuor milia ſeptingentos ob murmurationem contra Moyſen & Aaron igne deſeuiente pereuntibus. Ex ignitis ſerpẽtibus cõtra populum ob tedium itineris & laboris murmurantem, immiſsis. Ex cunctis populi principibus ad ſolem ſuſpenſis propter fornicationes cum filiabus Moab. & ex reliqua multitudine occiſa vſque ad vigintiquatuor milia hominum. Ex tribu Beniamin fere tota ob conſtupratam Leuite vxorem deleta. Ex ſeptuaginta milibus hominum propter Dauid elationem populum numerantis, per angelũ ceſis. Ex quadraginta duobus pueris ob irriſionem Heliſæi à duobus vrſis mẽbratim dilaceratis. ex omnibus Iudæorum nobilibus

2. Petr. 2. *Gene. 7.* *Gene. 19.* *Exod. 14.* *Exod. 32.* *Num. 16.* *Ibid.* *Num. 21.* *Num. 25.* *Iudic. 20.* *2. Reg. 24.* *4. Reg. 2.*

pro

4.Reg.25. proceribus, vna cum Sedechia rege exoculato, filiis ante cõſpectum patris prius interemptis, in manus Nabuchodonoſor ad miſeram Babylonis captiuitatem tractis, ſancta ciuitate concremata, & templo dei deſtructo. Sed & aduerſus ſingulares perſonas ob varia peccata dominus iram ſuam exeruiſſe videtur, vt videre eſt in Nadab & Abiud filiis Aaron, ob alienum ignem oblatum, flamma adeo egreſſa repente deuoratis. In blaſphemo iuſſu domini lapidibus obruto. In Maria Moyſi & Aarõ ſorore lepra, quoniam contra Moyſen locuta eſſet, percuſſa. In colligente ligna in ſabbato, ab omni turba extra caſtra lapidato pręcipiẽte domino. In Moyſe ipſo, ob hæſitationẽ ad aquas contradictionis prohibito ingredi terram promiſsionis. In Aaron quoque, eandem ob incredulitatẽ in monte Hor moriente, & ſepulto. In Acham ob anathema vrbis Hierico, cum tota ſupellectili igne conſumpto. In Hæli ſacerdote ob filios indulgentius correptos, de ſella retrorſum cadente, & fractis ceruicibus intereunte. In Saule contra domini mandatum parcente regi Agad, ac proinde reprobato. In Oza arcam dei titubãtem tangente, percuſſo ſtatim à domino. In viro dei contra domini imperium panem comedente, quanuis per pſeudoprophetam decepto, aleone in via occiſo. In Giezi, ob munera à Naaman Syro accepta, lepra in eundem

Marginal notes: Leuit.10. Leuit.24. Num.12. Num.15. Num.20. Ibid. Ioſu.7. 1.Reg.4. 1.Reg.15. 2.Reg.6. 3.Reg.13. 4.Reg.5.

tranſlata

tranſlata affecto. In Ozia rege thuribulum te- 2.Paral.26.
nente in templo, ad offerendum in præſentia
ſacerdotum, lepra in fronte dehoneſtato. In
Ezechia propter theſauros nuciis regis Baby- 4.Reg.20.
lonis oſtentatos, minaciter redarguto. In He-
liodoro viduarum & pupillorum depoſita a- 2.Mach.3.
ſportare de templo contendente grauiter fla-
gellato. In Antiocho ob nimiam in Iudæos
ſuperbiam & crudelitatem intolerando fœ- 2.Mach.9.
tore percuſſo ſcaturientibus è corpore ver-
mibus. Plerique alij etiam reges depræhen-
duntur à domino puniti ex eodem veteri te-
ſtamento, quos prolixitatis gratia vitande o-
mittendos putaui: ſed nihilominus ſuperad-
dendam duxi ex nouo teſtamento vnam &
alteram punitionem diuinitus factam in de-
linquentes, licet hi prima facie leuiter pec-
caſſe videantur. Ananias enim & Saphira con
iuges ſubita morte mulctati ſunt pronun-
ciante beato Petro quòd tentaſſent ſpiritui-
ſancto mentiri de agro ſuo vendito. Hero- Act.5.
des autem populo, dei voces acclamante, in-
ter concionandum percuſſus eſt ab angelo do Act.12.
mini, eo quòd non dediſſet honorem deo, &
conſumptus à vermibus expirauit. Quanuis
enim Thobia teſte nõ delectetur dominus in Thob.3.
perditionib⁹ noſtris, nec letetur in perditione
viuorũ (vt eſt apud Sapiẽtẽ) vult nihilo ſeci⁹, Sapien.1.
& bono q̃dẽ iure, peccata quęuis, vel minima
non

non manere impunita, eo quòd culpæ per pœ
nas ordinari ac emendari habeát. Hinc toties
reperimus(vt proximè oſtenſum eſt)in ſacris
literis leuiſsima quæq́ue admiſſa plecti, etiam
grauiore interdum pœna. Sæpe quoq; inue-
nimus dominum non prius placatum quàm
de peccantibus ſumpta ſit vindicta condigna,
Pſalm.105. iuxta quod ait regius propheta: Stetit Phinees
& placauit, & ceſſauit quaſſatio. & in Nume-
Num.25. ris dicitur quòd idem Phinees auerterit iram
domini à filiis Iſrael, cũ videlicet arrepto pu-
gione in zelo dei perfodiſſet Zambri ducem
cum Cozbi madianitide coram fratribus ſuis
lupanar ingreſſum ad fornicandum, vidente
Moyſe, & omni turba filiorum Iſrael, qui fle-
bant ante fores tabernaculi. Et vltione facta
Ioſu.7. de à Acham, ac cunctis quæ illius erant igne
abſumptis, ſubiũgitur quòd auerſus ſit furor
domini à filiis Iſrael. Et in Numeris iratus do
minus præcepit Moyſi, vt cũctos populi prin
Num.25. cipes ſuſpenderet in patibulis, vt auerteret fu-
rorem ſuum ab Iſrael. In Deuteronomio iu-
Deut.13. betur, vt ſi qua ciuitas à deo deficiat ad idola,
actutum percutiantur in ore gladij habitato-
res vrbis, deleantur illa omnia quæ ſunt in ea,
vſque ad pecora, quicquid etiam ſupellectilis
fuerit congregetur in medium platearum, &
cum ipſa ciuitate ſuccendatur: Ita vt vniuerſa
conſumãtur domino deo, & fiat tumulus ſem
piternus, nec ędificetur amplius, & non adhe-
reat de illo anathemate quicquàm manibus
vindi-

vindicantium, vt auertatur dominus ab ira furoris ſui. Quibuſquidem exemplis quis non videt dominum tantiſper iraſci peccantibus, immo & aliis qui cum vlciſci poſsint negligunt, donec par vltio ſumptà fuerit de ſceleratis? Et non pudet aliquos cõqueri de bonis iudicibus qui dignis afficiendo ſuppliciis hæreticos curant igni exuſtos, quaſi vindices malorum ſine cauſa gladium portẽt, ad vindictã malefactorum, laudem vero bonorum. Cum de innumeris ſceleribus hic patratis nullam prorſus ſatisfactionem inchoauerimus, tantũ abeſt vt abſoluerimus, ne iactem⁹ mortẽ (quæ nonnunquàm aliquibus dulcis eſt, & toleratu facilis, immo & inter dormiendum aliquãdo accidit) omnia expiare: ne ve perſuadeamus nobis paſsionem Chriſti ita ſatisfeciſſe pro omnibus, vt nihil compati neceſſe ſit, nihilque ſuſtinere obligemur: refragatur enim ſic opinantibus diuinus apoſtolus, qui aſſeuerat nos quidem hæredes dei fore, & Chriſti cohæredes: ſed tamen ſi compatimur: quemadmodũ & promittit cõregnaturos, ſed ſi ſuſtineamus. Alioqui falſum erit illud eiuſdem beati Pauli in actis apoſtolorum conteſtantis, quòd per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ dei. Falſum erit & qđ proclamat pſaltes, multa eſſe flagella peccatoris, quãuis enim eodem in pſalmo præmiſerit impietatem peccati ſui à dño remiſſam, vbi primũ iniuſtitiam ſuam aduerſum ſe confiteri propoſuit: vbi tamen

Rom.13. *Rom 8.* *2.Timo.2.* *Act.14.* *Pſal.31.*

men ſunt flagella peccatoris multa, ſi omnes quamlibet antea peccauerint, modo tandem reſipuerint, ſtatim à morte vel leuiſsima introeāt in requiem ac fœlicitatem ſempiternā? Poſt tot labores, pericula, ieiunia, perſecutiones, aliaq; q̃ plurima pro fide & Chriſto ſtrē-
1.Cor.15. nue exanthlata ſcribit B.Paulus, ſe non eſſe dignum qui vocetur Apoſtolus: quem tunc nihilominus in charitate fuiſſe cōſtat, & de prę-
1.Timo.1 teritis peccatis blaſphemiis videlicet, contumeliis, perſecutionibus, ac vaſtationibus Ec-
Act.9. cleſiæ egiſſe pœnitentiā: & nos ſine vlla ſatisfactione, ſed mortem dūtaxat perpeſſos (ad quā ſumus venundati, quamq; effugere nulla poſſumus via) reputabimus eſſe dignos ad ineffabile diuinę contemplationis gaudium incunctanter peruenire, vbi exultabimus lætitia in-
1.Petr.1. enarrabili, & omnibus bonis cœleſtibus perpetuo fruemur, quantūuis ingentibus & mul-
Eſa.64.& tis? vtpote quæ nec oculus vidit, nec auris au-
1.Corint.2. diuit, nec in cor hominis aſcenderūt. Vel nos iudicabimus meritos, qui hæredes dei, & co-
Rom.8. hęredes Chriſti continuo cōſtituamur & decernamur? vbi & deus ipſe futurus ſit omnia in
1.Cor.15. omnibus nobis, alioqui æterna morte digniſſimis ob innumera per nos contra diuinā maieſtatem tot modis, tamque indignis factis cōmiſſa. Scilicet eueſtigio regnabimus in altero ſeculo, qui in hoc nihil aliud quàm ſemper gaudere ſtuduimus, cum multę ſint ac ſemper
Pſal.33. fuerint tribulationes iuſtorum. Sic Abrahā,

ſic

ſic Iſaac, ſic Iacob, ſic Moyſes, & omnes qui placuerũt deo, per multa tribulationes trãſierunt fideles: rurſus qui tenent tympanum, & cytharam, & gaudẽt ad ſonitum organi, quique ducunt in bonis dies ſuos, in puncto ad inferna deſcendunt: quod & manifeſto nobis declaratur in diuite Epulone, qui receptus in vita ſua bonis, ſepultus eſt in inferno, in æterna flãma cruciandus. Vnde merito Chriſtus in euangelio inclamat væ diuitibus qui habẽt conſolationem ſuam, & væ iis qui ſaturati ſunt, & qui nunc rident: rurſus hortatur, vt ſi quis poſt ipſum venire velit: abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuã quotidie. Recordemur quòd beatus Petrus poſt trinam negationem tertio galli cantu admonitus, quanuis portinus amare fleuerit: nihilominus (vt videtur) non ſit auſus comparere in cœtu aliorum diſcipulorum, tãtum abeſt, vt perfricta fronte extemplo præſumpſerit Chriſto domino reſuſcitato ire obuius. Iſtud colligere ſatis poſſumus ex angelo dominicam reſurrectionem euangelizante mulieribus, ſepulchrum viſitantibus, ac ſubiungente: vt hæc diſcipulis, & expreſſo etiam nomine, ipſi beato Petro nunciarent Chriſtum dominum reſurrexiſſe. Quo quidem ipſe angelus inſinuabat ſe plane agnoſcere beatum Petrum tanta adhuc verecundia affici ob præcedentes negationes, vt venire in conſortium aut conſpectũ Chriſti toties negati, iudicaret ſe indigniſsimum.

Iudith. 8. *Iob. 21.* *Luc. 16.* *Luc. 6.* *Luc. 9.* *Matth. 26.* *Marc. vlt.*

mum. Quod ipſum ſi vt par eſt attendamus, nō præſumemus vt à viciorū ceno vix egreſsi ſtatim admittamur ad puriſsimū Chriſti ſan-
Danielis 9. ctiſsimi, ſanctorum ſancti, in dextera patris iā regnantis, conſpectum: Tum maxime, cum & nos ipſi nec ſuſtineamus corporalibus intueri oculis multa quæ ſunt nimis turpia, obſcena, impura, nec appropinquare iſtis velimus: ſed toti omnino reſilimus, ac procul refugimus. Immo & ipſi parētes alioqui beneuolentiſsimi, vim quandam naturalem ſecuti, nō ſtatim recipiūt: ſed ſuos ad tempus, & aliquādo prolixius, conſortio priuant proprios liberos ob nonnulla peccata, quanuis digna pœnitentia ductos. Qui quidē inſtinctus, ſeu animi motus naturaliter inditus, à diuina benignitate nō fruſtra nobis datus eſt, ad eum enim finem apparet ingeneratus: vt omnes inde colligere habeant, q̃to magis à conſpectu diuino prorſus eliminari æquum ſit, quæcūque vel minimum adhuc vicioſa ſunt, aut paulo ante vicio ſubiacuerunt, nec prius offerenda quàm purgatiſsima fuerint. Qui itaque multis obnoxij peccatis antea victitarūt, an egre ferre debeāt, ſi ad debitam ſatisfactionem abſoluendam aliquanto tempore retardentur à beatitudine, ac interim meritas dēt pœnas in purgatorio? Cum ſanctorum patriarcharum, prophetarū, aliorúmque iuſtorum patrum antiquorū animas, nihilominus tandiu in lymbo clauſas indubitata fide credamus, donec Chriſtus oēs

in

in ſanguine teſtamēti ſui emiſit de lacu in quo non erat aqua. Et nos quid præ illis ſumus? non enim ipſis comparari audemus, nedū meliores ſumus, vt per ſolam mortem (quæ aliquando dulciſsima eſt, ac toleratu facillima) abſq; vlteriori caſtigatione ad cœleſte regnū confeſtim peruenire mereamur. Quomodo autem veriſimile eſt per mortem momentaneam (niſi ob defenſionem fidei, & pro Chriſti nomine fortiter ac patienter toleratam, vt paſsi ſunt martyres) ſatisfieri omnibus peccatis quamlibet multis & magnis, licet ſecundū culpam deletis per dignam reſipiſcentiam, cū ne venialia quidem omnino obliterentur morte? Aſſertio enim Chriſti domini id credi non ſinit, atteſtanti quòd de omni verbo ocioſo quod locuti fuerint homines, rationem reddent in die iudicij. Si enim de verbis ocioſis quæ duntaxat venialia ſunt, eſt adhuc reddenda ratio in die iudicii: quomodo poſſunt illa dici per mortem omni ex parte condonata, & prorſus obliterata? aſſerit enim B. Paulus ſine pœnitentia eſſe dona Dei. Si autē per mortem ad plenum ſatisfactum eſt de illis, non eſt quòd vel retractet ea Deus, vel iterum examinet in iudicio, cum beatos proclamet Dauid eos, quorum remiſſę ſunt iniquitates, & quorū tecta ſunt peccata. Si vero eadē oportet examinari in iudicio poſt mortē, ad hoc quidem videntur examinanda, vt ſufficienter expientur: & multo quidem magis

Zacha. 9. *Matthæi 12.* *Rom. 11.* *Pſal. 31.*

expiari neceſſe erit grauiora crimina,ac de his quanquàm ſecundum culpam emendatis ſatisfacere oportebit etiam ad vltimum vſque
Matthæi.5. quadrantem,priuſquàm is qui eiuſmodi patrarit,recipiatur in cœlum, quo nihil vnquã
Apoc.21. intrat coinquinatum. Nec tamen putandum eſt crudelitatem vllam deo optimo maximo aſcribi per eos qui poſt obitum ponunt purgatorium ad reliquias peccatorum per opera ſatisfactoria emundandas: cum enim (vt proximè prælibatum eſt) nihil inquinatum intrare queat in cœlum, quis non ſatis videat bonitati potius, ac ſummæ Dei miſericordiæ tribuẽdum:non autem crudelitati, quòd per temporale purgatorium miſericors & miſerator Dominus, peccatorum reliquias & maculas expurgari concedat: quàm vt in ſempiternam detrudãtur gehennam ij qui talia cõmiſerunt, nec ante mortẽ de ipſis dignè ſatiſfecerunt? Aut quis ita deſipiat, vt non intelligat per purgatorium ignem quantuncunque grauem longe melius agi cum iis qui offenderunt, licet poſteà reſipuerint, quàm vt ipſi inexpiabiliter damnentur? Et quot quæſo, in æternum ſunt damnati ob minora, vel pauciora peccata, quàm nos commiſimus? Si ergo
Pſal.102. miſerator & miſericors Dominus, longanimis & multum miſericors non ſecundum peccata noſtra fecit nobis, neque ſecundum iniquitates noſtras retribuit nobis: ſed eo miſericorditer dante, tandem reſipuimus, an iniquo

quo ferre animo debeat quiſpiam, ſi pro inuiolabili æquitate ſua nullum malum impunitum relinquens, nos puniat, etiam poſtquã vniuerſæ viam carnis ingreſsi fuerimus? Quamuis enim quiſquis in charitate & gratia hinc migrat, non videatur coinquinatus, quoniam ex Salomone, & beato Petro, Charitas operit multitudinem peccatorum: immundus tamen aliqua ex parte dici poteſt, ſi loci qualitatem & excellentiam quò tendit, dignè perpendamus: quatenus videlicet nonnihil ſecum defert (vnuſquiſque enim onus ſuum portabit) repugnans beatitudini in cœlo expectatæ. Siquidem nequit abſolutè beatus homo dici, qui alicui pœnæ ob præcedentia peccata, licet ſecundum culpam iam remiſſa, obnoxius adhuc manet. De temporalibus ſeu ciuilibus debitis alicuius defuncti, ſatisfaciendum eſt creditori homini: & pro debitis tot contractis ex vita peccatrice nec exolutis, non ſatisfiet Deo poſt mortem? Licet in gratia animam efflans indubitanter ſit Dei amicus, non protinus tamen ab omni pœna liberũ euadere oportet. Etenim ſi pater æternꝰ propter peccata populi ſui, apud Eſaiam, percuſsit Chriſtum dominum, nunquam non tamen ſibi chariſsimum: quantomagis nos indigniſsimos ſeruos, tametſi iam reconciliatos, debitas tot offenſis præteritis pœnas pendere prius decebit quàm in regnum admittet? Scilicet oportuit pati CHRISTVM & ita

Prouerb.10. & 1.Petri 4.

Galat.6.

Eſaie.53.

Luc.vltimo.

ita intrare in gloriam ſuá: & nos quaſi nō filij, ſed adulterini extra diſciplinam exiſtētes, abſque vlla flagellatione in alienum regnum recipiemur ab æquiſsimo patre, qui quem diligit, nihilominus caſtigat? Nec minus in hoc quòd nos flagellat, diligit: quis enim filius, quem non corripit pater? Ita quidem peccatorum multitudo charitate operitur, vt tamē reſpondens illis ſatisfactio non excludatur: quod manifeſtè oſtēderunt maximi quique, & alioqui ſanctiſsimi viri, qui poſt lapſuum ſuorum erectionem, egerunt magnam ac diutinam pœnitentiam. Diuus quidem Petrus etiam poſtquàm à Chriſto domino, iam immortalitati ſecundum carnem reſtituto, certior factus eſt ſuper venia trium negationum obtenta, immo & vbi primam in Eccleſia ab eodem ſortitus eſt dignitatem & authoritatem: tam ſæpe, tamq́ue vbertim poſtea fleuiſſe dicitur, quoties galli cantum deinceps audiebat: vt frequenti lachrymarum fluxu patentiſsima reſtarent veſtigia in facie ipſius. Diua autem Magdalena remiſsis à Chriſto pronunciante peccatis multis, quia ipſa multum dilexerat, quàm ingentem, quàmque continuam prædicatur egiſſe pœnitentiam? Etiam poſtquàm tot de ſe fecerat holocauſta ad pedes domini Ieſu, in domo Simonis Phariſæi, quot in ſe habuerat oblectamenta carnalia: vt quicquid membrorum ipſius Deum offenderat & contempſerat, iam totū per condignā pœniten-

Hebr. 12. *Ibidem.* *1. Petri 4.* *Ioan. vlti.* *Luc. 7.*

pœnitentiã chriſto dño ſeruiret. Regius verò Propheta Dauid laborat in gemitu ſuo, lauat per ſingulas noctes lectum ſuũ, lachrymis ſuis ſtratum ſuũ rigat, quanuis ex ore Nathã Prophetæ, tranſlatum crimen ſuũ clare audiiſſet. Cinerem quoq; tanquã panem manducat, & potum ſuum cũ fletu miſcet, à facie iræ & indignationis diuinę. Iob diuino ore laudatus, quòd nõ eſſet ei ſimilis ĩ terra, homo ſimplex, & rectus, ac timens Deum, & recedẽs à malo: nihilo ſecius ipſe ſe reprehendit, & agit pœnitentiã in fauilla & cinere. Et nos quaſi nimiũ tenelli ac delicatuli, quanquã grauiſsimis ſine numero criminibus vndequaque antea perfuſi ac fœdati, ſi in gratiam Dei noſtri forte aliquando redierimus, nihil pœnarum, neque hic, neq; illic ſuſtinebimus? Cum tamẽ æquitati maxime cõſentaneũ ſit, vt quo quis amplius contra rationem delectatus eſt, eo acerbiorem animi merorem, eóque prolixiorẽ patiatur ſecundũ rationem: ſicut enim oblectatus eſt peccatis animus, ſic tribulari debet in pœnitentia. Et quantum glorificauit ſe, & in deliciis fuit, tantum tormenti & luctus detur æquum eſt. Scilicet quaſi calceati (vt aiunt) & omnino veſtiti euolabimus, aut portabimur in arcem fœlicitatis æternæ. Ita autẽ ſentire de Deo noſtro, iuſtiſsimo per omnia bonorum malorúmque remuneratore, quid aliud eſt, quàm velut prædicare illum ſua indulgentia nos ad peccandum inuitare? Cum

Pſal.6.
2.Reg.12.
Pſal.101.
Iob.1.
Iob.42.
Apoc.18.

interim indulgentiores parentes merito accuſemus ſcelerum à filiis patratorum, quos videlicet indulgentia ſua magis allexerunt ad malum quodcunque, quàm verberibus aut correptionibus., vel minimum reuocarunt deterrueruntque à delinquendo. Illud procul dubio efficere conantur Pſeudoapoſtoli iſti purgatorium negantes, vt videlicet & ipſi, & ij quos peſsimè decipiunt, impune peccare, & in quodcunque facinus pro libidine, ac ſine freno præcipites ire nil vereantur: ſic quæ in ſuas concupiſcentias carnales, minus ſibi cauentes, præſertim mulierculas facilius pertrahant. Fallimur toti, ſi Deum ipſum perſonarum acceptorem credimus, cum indulgentius nobiſcum agere, & acturum putamus: qui tanta in alios licet minus peccantes ſeueritate punitionis vſus eſt. Non equidem
2.Cor.1. dem quòd ille pater miſericordiarum, & deus totius conſolationis, afflictione vnquàm noſtra recreetur: ſed ne iuſtitiæ veritas prætermittatur, quæ piacula ſaltem per pœnas ordinari exigit. Quo fit, vt qualiter fateri nolumus vllum vnquam bonum præteriri irremuneratum, ne dominus Deus non red
Pſal.61. dat vnicuique ſecundum opera ſua: ſic neque impunitum etiam minimum delictum fore, exiſtimare debeamus. Quomodo igitur anima poſt multiplicem ex variis ſceleribus ſcoriam ſpiritualem contractam, cenſenda eſt protinus admitti in cœlum, quo nihi

hil inquinatum debet intrare,(vt iam ſemel, *Apoc.21.*
iterumq́ue eſt præmiſſum) niſi prius deter-
ſa omni cuiuſcunque vicii rubigine? Ani-
ma enim velut inficitur peccatis ac deforma-
tur, natiuo decore per offenſas amiſſo, vel
non parum obſcurato, vtpote cui tenacius
adhæret nonnihil immundiciæ ex culpis qui-
buſcunque. Quamquidem immundiciam
ad tempus ineſſe animæ præfigurarunt im-
mundiciæ corporales, quæ in lege Moſaica
ſæpe ad veſperam vſque, & aliquando ad ſe- *Leuit.11.*
ptem dies perdurabant: peractis etiam qui- *12*
buſdam ſacrificiis, ad huiuſmodi expiationē
diuina authoritate inſtitutis, licet ſic immun-
di, animum forte mundum haberent. Vn-
de & in Scriptura nonnunquam anima dici- *Pſal.77. &*
tur caro, quòd iam ceu carnalis terrenáque *Ioan.3.*
effecta ſit quemadmodum qui puluere eſt vn
dique oblitus, non tam homo quàm puluis
& terra immunda apparet. Siquidem anima
quaſi transformatur & tranſit in ea quę vehe-
mentius concupiſcit, ac concupiſcēdo nimiū
perſequitur, fortiúſque amplectitur. Fere au-
tem fit vt ſordeſcat omne quod inferiori na-
turæ miſcetur, quamuis hæc in ſuo genere
non ſit impura, nam & de puro argento ſordi
datur aurum ſi illi miſceatur: Ita quamuis ter
rena in genere ſuo munda ſint, animus noſter
terrenorum cupiditate ſordeſcit, quemadmo
dum qui picem tangit, ab ea inquinetur ne- *Eccleſiaſtici*
ceſſe eſt. Hinc experimur plerunq; nos haud- *13.*

quaquam poſſe eos à nobis excutere cogitatus inhoneſtos & affectiones impuras, quarũ libenter obliuiſci vellemus, in hoc cõparandi Lazaro illi quatriduano iá quidẽ reſuſcitato

Ioannis 11. & extra ſepulchrũ prodeũti: ſed tamẽ inſtitis adhuc circũuoluto. Quãuis eñ præterita deſideria carnalia ſecundũ actum reliquerimus, & nũc legi Dei mente ſeruiamus: adhuc tamẽ

Sapien.9. cõſtituti in corpore animã aggrauante, alieni à moleſtiis ac reliquiis ipſius carnis eſſe non poſſumus. Quid ſuperaddere opus eſt quod licet probabili credamus coniectura præcedẽtem culpam nobis condonatam, nihilominus etiam quamlibet renitamur, nequimus nõ cõtriſtari cum in offenſæ priſtinæ reminiſcentiã forte relabimur: præſertim ſi rei indignitatem æqua lãce penſemus: & velimus nolim⁹, intãtũ erubeſcimus ad multa à nobis ante ꝑpetrata, vt nos interdũ viuere tædeat, aut noſipſos ſuſtinere non valeamus: quanto minus ferremus vel hominis alterius, vel domini Dei vultum præſentem, & palàm, acritérq; redarguentem? Quæ quidẽ erubeſcentia ſeu pudibunda tranſactorũ erratorũ memoria, niſi per tẽpus euaneſcere, vel à mẽtibus noſtris auolare nequit, quaſi craſsities quædã animæ firmius adhærẽs, quæ vel tẽporis diuturnitate in obliuionẽ trahi debeat, vel quodã triſtitiæ dolorisue igni eluenda ſit. Haud dubiè æquiſsimũ eſt vt qđ prius contractũ eſt illicita voluptate, per moleſtiam pœnæ poſteà deleatur: & per doloris aſperita-

aſperitatem atque amaritudinem detergantur maculæ peccatorum: tantiſper autem dum id negligitur, nec culpa expiatur, anima ipſa per ſuam vel ſolam conſcientiam iugiter malę habet & vehementius affligatur. Vbi vlterius animaduertendum, ꝙ ſi abundãtiori triſtitia homo abſorbeatur, ita vt in hoc mundo nonnũq̃ moriatur (ſeculi enim triſtitia mortẽ operatur) poſthac vbi ſum⁹ plenę cognituri q̃ graue, quámq; dei offenſiuũ ſit peccatum, nõ poterit nõ inde anima ſummæ anguſtiari: tũ maxime ꝙ tam bonum deum, tamq; de nobis bene meritũ, impie offenderit. Quòd ſi quis vel tẽporali domino, vel proprio parenti iniuriatus nõ audet ſeipſum repreſentare, etiam ſi offenſus vltro ad conuictũ inuitet: ſed qui peccauit, reputat ſe prorſus indignum cõmercio eius in quem deliquit: velletq; damnũ quoduis ſubire, modo efficere poſſet, vt nunquàm læſiſſet, vnde & apud ſe aliquãdo totus exſiccatur peccator: quid quæſo, erit de anima nõ iã in enigmate, ſed euidenter cognoſcente tot tantaq; in deum optimum maximum crimina à ſe perpetrata? Nullã opinor pœnam temporalem illi triſtitiæ parem eſſe, qua & homo affectus (niſi fallor) actutũ emori poſſet, iuxta quod & anime Chriſti triſtitiam ad mortem vſque fuiſſe ſacra teſtantur euangelia. Si tanta aliquando triſtitia ſe affici ſentiunt vel inuiti mortales in hac vita, vbi anima adhuc corpori immerſa vix aut raro attendit, recogitátue

2.Cor.7.

Matt.26.
Marc.14.

tātue culpas ſuas: quanto idipſum ampli⁹ fiet, vbi libera erit à corpore, & cum patenter videbit omnia ſua commiſſa, quomodo nō vexabitur ab is quæ nulla ex parte emendauit? Si inquam, tātopere anxiatur mortalis homo eorum cauſa de quibus nullam egit ſatisfactionem, nec deo ipſi propter peccata, nec hominibus propter damna quouiſmodo illata, conuiciando, detrahendo, furando, percutiendo, trucidando, vel qualitercunque improbe agendo: quid putas futurum poſt mortem, vbi omnia euadēt apertiſsima? ſi quidem tunc illuminabuntur abſcōdita tenebrarum.
1.Cor. 4. & conſilia cordium manifeſtabuntur: Tunc clariſsime videbitur ab vno quoque quàm deteſtandum ſit omne peccatum, etiam leniſſimum, quanuis hic fere nihili æſtimemus grauiſsima quæque. Ex comparatione enim & explicata cognitione boni infiniti, dei videlicet optimi, maximi, per nos ſiue multum, ſiue parum antea offenſi, non poterimus ignorare grauitatem culpæ cuiuſuis: & tantā quidem quantam ne expiare quidem poſſet gehennalis pœna, ſi precioſum Chriſti ſangui-
Matth. 26. nem, in remiſsionem peccatorum noſtrorum abunde effuſum ſecludas. Et cōquerimur (ſed male) ſi ob peccata mortalia quanuis ſecundū culpā remiſſa, diu in purgatorio poſt hanc vitam detineamur: qui forte ob venialia, immo ob ſolam originalem noxam merebamur abiici prorſus, & priuari viſione beatifica in perpetuum,

perpetuum, niſi clementiſsimus pater cœleſtis, ſua pluſquàm maxima miſericordia culpas noſtras excuſaret vel extenuaret. Quid Sathan ille, cuius ſuperbia aſcendit ſemper, *Pſal.73.* non obiectabit domino, quaſi nobis ſupramodum indulgenti, cum ob vnum peccatum irreuocabili ſententia damnatus ſit: ſi ne minimam quidem pœnam poſthac toleremus ob innumera facinora improba à nobis patrata, modo pœniteat nos ſub horam obitus noſtri? Ita haud dubiè oportet iuſticiam erga omnes exercere, & iuxta illam vnicuique quod ſum eſt retribuere, & propria corporis prout geſsit ſiue bonum ſiue malum reddere: vt etiam aduerſariorum ora videantur iure obturari, ne quis vel tantillum de æquitate boni iudicis merito cõqueri habeat: quod quidem fit, ſi quiſque non tãtum in hoc mortali corpore, verumetiam poſt interitum æquas admiſsis pœnas luat, etiam ſecundũ culpam condonatis. Cum ergo pœna peccato debita maior ſit, quàm mors quantum quantum acerba: Iniquiſsimum videtur vt qui quàm plurima patrauit ſcelera, nec tamen hic, nec illic vllam det pœnam, excepta ea qua pœnitet eum deliquiſſe. Sed qui purgatorium poſt mortem eſſe negant, nolunt intelligere, quòd peccata licet actu tranſeant, reatu nihilominus obligatos impoſterum relinquant eos qui illa commiſerunt: Cum tamen iſti fateantur ob homicidium, furtum, veneficiũ,

2.Cor.5.

veneficium, proditionem, & alia id genus, quamlibet ſubito peragantur, eos diuturna incarceratione iuſte affligi, & aliquãdo morte mulctari, qui iſtiuſmodi piacula fecerunt: præterquàm quòd homicida, ſi forte vita nõ priuetur, dum mitius cum eo agitur, tenetur multos in annos enutrire vel vxorem vel liberos interempti, & eiſdem prouidere in futurum, etiam quãtumlibet pœniteat eum homicidij. Niſi peccatum vnumquodque, licet ſecundum actum tranſiens, reatu peccatorem certe pœnæ. poſtea pendende obnoxium redderet, quid ſcripto expreſſo opus fuit in

Deut. 25. Deuteronomio, pro menſura peccati debere eſſe plagarum modum: vel in Apocalypſi B.

Apoc. 18. Ioannis Euangeliſtæ, quantum quis glorificaſſet ſe,& in delitiis fuiſſet: tãtum illi dãdum

Sapien. 6. eſſe tormẽtum & luctũ? aut in lib. Sapiẽt.) Potẽtes potẽter tormẽta paſſuros? Si ſecus foret,

Daniel. 4. non ſuaſiſſet Daniel propheta regi Nabuchodonoſor, peccata eleemoſynis redimere: nec

Luc. 11. Chriſtus ipſe phariſæis quod ſupereſt, dare eleemoſynam, vt omnia eis munda eſſent: nec propheta Dauid deum alloquens aſſeruiſſet

Pſal. 61. redditurum vnicuiqne ſecundum opera ſua. Quibus quidem ſcripturis diuinis, atq; aliis ſimilibus perſpicuum eſt, nos obligari ad nõnullas pœnas poſt peccatorum patrationem ſubeundas. Hinc beatus Ioãnes Baptiſta multis Phariſæorum & Saducæorum veniẽtibus ad baptiſmum ſuum; Quis (inquit) demonſtrabit

ſtrabit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo *Matth.3.*
fructum dignum pœnitentię. Verbum quoq;
Chriſti ad paralyticum, quem in probatica piſcina ſanauerat, id manifeſtius declarat: Ecce *Ioan.5.*
(ait illi) ſanus factus es, iá noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat: qui tamen vt ſatis ibi innuitur, pro peccato iam lapſo triginta octo annos ægrotauerat. Omnium autẽ clariſsime idem manifeſtatur ex facto Iudæ Machabæi, fortiſsimi iuxta ac religioſiſsimi viri, duodecim dragmarum argenti milia mittẽtis
Hieroſolymam, pro peccatis mortuorum, vt *2.Mach.12.*
ſic à pœnis debitis citius liberarentur. Pro-
pterea & vir ſapiẽs, apud Eccleſiaſticum iure *Eccl.39.*
narratur pro delictis ſuis deprecari, nõ ſolum emendandis, ſed etiam emundandis. Si igitur peccata obligationem relinquant ad pœnam exoluẽdam: ea quidem vel in hac, vel in altera
vita ſufferetur, ſiquidem in carcerá miſſus nõ
exibit donec reddiderit nouiſsimũ quadran- *Math.5.*
tem: & poinde cum huiuſmodi obligatione hinc decedens, pœnã debitam illic prius pen-
det, ne quid videlicet in cœleſtẽ gloriá intret *Apoc.21.*
vllomodo coinquinatũ. Quanuis enim emigrans in gratia nõ ſit maculatus actu mortali, aut etiá veniali: eſt tamen aliquomodo inquinatus reatu præcedentiũ peccatorum, de qui-
bus nõdum plene ſatisfecit: & ſaluus quidem *1.Cor.3.*
erit tandem, ſed tamen quaſi per ignem (vt teſtatur Apoſtolus) quo prius purgabitur. Manente enim debito pœnæ, beatitudo commu-
nicari

nicari nequit. Soluenda ante eſt pœna: omnis enim pœna beatitudini repugnat, quam nec in beatitudine ſolui poſsibile eſt, nec etiã poſt ipſam, cum ſit æterna, & fine carens. Quicunque vero omnia pro peccatis ſuis debita hic exoluerit, recta proculdubio in ſempiternam hæreditatem portabitur: quod oſtenditur a-

Luc.16. pud Beatum Lucam, vbi ſimulátque Lazarus mendicus debita naturæ ſoluit, optata fruitur requie & conſolatione, quoniam mala ſua in mundo receperat, fame videlicet, inopia, extremíſque aliis malis temporalibus digne vexatus. Qui vero in hoc ſeculo totus vixit ad deſideria carnalia, mundanam lætitiam omnimodámque fœlicitatem terrenam: nec vnquãm vel raro ſuſpirauit aut anhelauit ad cœ-

Eſa.64.& 1. Corint.2. leſtia illa bona, quę nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcẽderũt diligẽtibus deum præparata: qua ratione adductus, putare poteſt ſe ad completam immẽſe beatitudinis fruitionem ſubito admittendum, etiã ſi in charitate, hoc eſt, in veſte nuptiali appareat, poſtquã vale fecerit hominibus, & bonis

Rom.2. omnibus terrenis? His quidem qui ſecũdum patientiam boni operis, gloriam & honorẽ & incorruptionẽ quærunt, vitam æternã reddit deus: aliis, non item. Qui vt plurimũ afficitur temporalibus, nõ eſt capax bonorũ cœleſtiũ, nõ poteſt hæc in ſe recipere, anguſtior eſt quã vt comprehendat. Quid ergo? Dilatari ipſum oportet ad illa ingentiſsima bona cõplectẽda.

Diuus

Diuus ille Paulus,quanuis raptus vſq; ad tertium cœlũ & in paradiſum, ac vas electionis, fatetur nondum accepiſſe, nec perfectum ſe eſſe: ſeque non arbitratur comprehendiſſe, propterea quæ retro ſunt, obliuiſcens, ad ea quæ ſunt priora, extendit ſe ipſum, ad deſtinatum perſequens ad brauium ſuperne vocationis dei,in Chriſto Ieſu, ſuadetq; vt quicunque perfecti ſumus hæc ſentiamus, qui & alibi inquit:Anguſtiamini in viſceribus veſtris. Eandem autem habentes remunerationem, tanquàm filiis dico, dilatamini & vos, Vt tantorum ergo bonorum capaces fiamus, extendamur ac dilatemur neceſſe eſt. Sicuti ſi vellet quis implere aliquem ſinum, & noſſet quàm magnum eſt quod dabitur:extendit ſinum vel ſacci, vel vtris, vel alterius: conſiderans enim quantum miſſurus eſt, & videns quàm auguſtus ſit ſinus, extẽdendo facit capaciorem.Sic & nos ad cœleſtia bona incomprehenſibilia, extendere oportet deſiderium, vt deſiderando extendamus animũ, & extendendo reddamus capaciorem. Anima ergo quæ parum antea, ſaltem poſt mortem ſatis dilatetur : quod fit cum diu paſſa fuerit in purgatorio, expectans demum, ac deſiderans anhelanter ad dominum deum ſuum, ſicut deſiderat ceruus ad fontes aquarum: tunc idonea erit ad ſuſcipiendum ac continendum in ſe aliquid ſaltem in exhauſte fœlicitatis æternæ:quaſi diutius deſiderãdo,iam capacior effecta

2.Cor.12. Act.9. Philip.3. 2.Cor.6. Pſal.41.

effecta. Cum aliqua ex parte æquales angelis facti fuerimus (teſte enim Chriſto domino, e-
Matth.22. rimus ſicut angeli dei in cœlo) tunc appreh͂ēdere pro modulo noſtro poterimus: nunc autē multis obruti vitiis, volūtatibus malignis, improbis deſideriis infecti, non debemus vllo modo ſanctis angelis aſsimilari, quibus nulla vnquàm peccata adhæſerunt: quippe qui ſtatim à ſua creatione in veritate ſteterunt, ſicut
Iob.38. aſtra matutina deum ſimul laudarunt, & iubi-
Apoc.12. larunt omnes filij dei: & in p̄lio magno, quod factum eſt in cœlo, præliati ſunt cum dracone magno, donec proiectus eſt ſerpens antiquus qui vocatur diabolus. Nos autem facti ſicut angeli in cœlo, nec tunc deo æquabimur vlla ex parte: quanto igitur interuallo nunc adhuc diſtamus, vt illius capaces repente eſſe poſsimus? Noſmetipſos fallim⁹, ſi de nobis plus iuſto ſentimus: nam ſiquis exiſtimat ſe aliquid
Galat.6. eſſe cū nihil ſit, teſte diuino Apoſtolo, ipſe ſe ſeducit. Quid itaque nobis prómittimus debitam dei gloriam, vbi primū expirauerimus, etiam cum gratia decedentes? Simus ergo humiliores in oculis noſtris, & humiliemur ī cō-
1.Petr.5. ſpectu dei, & ſub potenti manu eius: & in tempore viſitatiōis nos exaltabit. Alioqui omnis
Luc.18. qui ſe exaltat, humiliabitur: è diuerſo qui ſe humiliat, exaltabitur. Ante illum Iudam Machabæum, cum ex Iob propheta, tum ex Dauidis hiſtoria, poſt culpam condonatam, ſupereſſe pœnæ exolutionem ob præcedentia peccata

peccata oſtēditur. Ex Iob quidem, ita dominum compellāte: Tu quidem greſſus meos dinumeraſti, ſed parce peccatis meis. Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea: ſed curaſti iniquitatem meam, quem locū tractans Beatus Gregorius: Signantur, inquit, quaſi in ſacculo delicta noſtra, quia hoc quod nos exterius agimus, niſi pœnitentia interueniēte diluam⁹, in ſecreto iudiciorum dei ſub quadam occultatione ſeruatur: vt quandoque etiam de ſigillo ſecreti exeat ad publicum iudicii. Vnde etiam per Moyſen dicitur: Nonne hæc congregata ſunt apud me, & ſignata in theſauris meis? In die vltionis reddam eis. Ex Prophetia vero Dauidis clarius conſtāt, ſcribitur enim libro ſecundo Regum, quòd poſtquàm reprehenſus eſt Dauid, & conuictus adulterij ac homicidij, per Nathan prophetam, reſponderit quidem ipſe: Peccaui (inquiens) Domino. Dixerítque ei Nathan: Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum, non morieris: ſed idem Nathan continuò addiderit: Veruntamē quoniam blaſphemare feciſti inimicos nomē Domini propter verbum hoc, filius qui natus eſt tibi, morietur. Et paulo poſt, dixerit: Quam ob rem non recedet gladius de domo tua in ſempiternum, eò quòd deſpexeris me, & tuleris vxorē Vrie Ethæi, vt eſſet vxor tua. Itaq; hæc dicit dn̄s: Ecce ego ſuſcitabo ſup te malū de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum

Iob.14. *Gregor. 12. moral.c.11.* *Deut.32.* *2.Reg.12.*

vxoribus tuis in oculis ſolis huius. Si Dominus deus, poſt culpã Dauidi remiſſam (vt præ miſſum eſt à proheta Nathã) nihilominus tot mala contra Dauid ſicut ante cõminatus erat, poſtea ſuſcitauit contra Dauid inquam, alioqui ſanctiſsimum prophetã, & quẽ inuenerat

Act.13. ipſe Dominus, virum ſecundum cor ſuũ: poſſumúsne aut debemus mirari, ſi nobis tot flagella immittit Dominus in præſenti vita ob innumera peccata noſtra, aut in futura reſeruet, quamuis nobis fideliter promiſerit idem Dominus per Ezechielem, quòd in quacun-

Ezech.18. que hora impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, vita viuet, & omnium iniquitatum eius quas operatus eſt, nõ recordabitur? Quamuis enim Da-

2.Reg.12. uid ex animo confitens ſe peccaſſe Domino, continuo audire meruerit, quòd acceperit ve niam: ad quam tamẽ rem id audiit, niſi ad ſem

Auguſt. lib. 22 cõtra Fauſtũ manicheum cap. 67. piternam ſalutem, vt ait B. Auguſtinus. Neq; enim vt idem ſubdit, prætermiſſa eſt in illo ſecundum Dei comminationem flagelli paterni diſciplina, vt & confeſſus in æternũ liberaretur: & afflictus temporaliter probaretur. Haud verò mediocre fidei robur fuit, aut parum mitis & obedientis animi indicium, cũ audiſſet à Proheta quòd ſibi Deus ignouiſſet, & tamen quæ fuerat comminatus conſequenter eueniſſent, non ſe dicere Prophetæ deceptum eſſe mẽdacio, nec murmurare aduerſus Deum, quaſi falſam peccatorum eius indul-

gentiam

gentiam pronunciauerit. Intelligebat enim vir alte ſanctus, & non contra Deum, ſed ad Deum leuans animam ſuam, niſi Dominus eſſet confitenti pœnitentíque propicius, quã tum pœnarum æternarum eius eſſent digna peccata: pro quibus cum temporalibus emen dationibus verberaretur, videbat erga ſe & manere veniam, & non negligi medicinam. Quid enim cum iam reatum ſuum agnouiſſet Dauid, ſuperadiungens Nathan: Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum, quid inquam, voluit aliud quàm culpa tua, ô rex, propter confeſsionem & pœnitentiam remiſſa eſt tibi: ſed remanet pœna tẽporalis? Trãſtult dominus, hoc eſt, culpam tibi remiſit, & pœnam æternam commutauit in temporariam, vnde ſubtexuit: Veruntamen quoniam blaphemare feciſti inimicos nomẽ Domini propter ver bum hoc, filius qui natus eſt tibi, morte morietur. Quod probe intelligens ipſe Dauid in tali pœnitẽtia perſiſtens, fecit Pſalmum quinquageſimum, qui eſt quartus inter pœnitentiales in quo ſupplex, ac toto affectu ſummã Dñi miſericordiã implorãdo, flagitat veniam de peccato ſuo: non quidẽ tantũ ſecundũ culpam, quippe quam nihil ambigebat ſibi condonatam, pronunciante ipſo Nathan: verumetiam ſecundum pœnam, quæ adhuc ſupererat perferenda. Quæ autem potuit tempo ralis pœna ſumi maior de peccato Dauidis, quàm vt ipſe videret ſuos inuicem capitaliter 2. Reg. 12.

diſsidere & armari ad necem? ita vt Abſalon
2.Reg.13. trucidaret in conuiuio fratrem ſuum primogenitum, nempe Amnon, ob ſororem ſuam Thamar vi ſtupratam? Adhæc vt idem Abſalon ſuo patri mitiſsimo inſurgeret contra le-
2.Reg.15. gem naturæ, eúmque regno deturbaret: ac ſic deturbati vxores nephariis ſtupris palam fœdaret? Et demum ille impius à Ioab tribus cõ-
2.Reg.18. foſſus lanceis pendens in quercu periret. Præ-
2.Reg.12. tereà vt innocens infantulus quem ex Bethſabeæ ſuſtulerat, in pœnam peccati interiret. Súntne hæc parua in rege ſupplicia, aut exigua vltionis indicia & moniméta? quæ nihilo minus poſt peccati veniam explicitè renunciatam, ſuſtinuit tantus Propheta. Audebit igitur nunc quiſpiam aſſerere Deum nunquam ita remittere peccatum, quin ſimul & omnem pœnam condonet, ac proinde fruſtra conſtitui purgatorium poſthac ad debitam huiuſmodi pœnam, ſi hic prætermiſſa aut inexpleta fuerit, exoluendam poſt obitum? Siquidem hinc conſtat euidētiſsimè, quòd deus ipſe quandoque condonat peccatum, & non ſimul remittit totam peccati pœnam. Partem enim punitionis ita reſeruauit, vt puniretur
Ibidem. ipſe Dauid morte filij ſui ex Bethſabeæ geniti, cuius vitam multis redemiſſet non ſolum opibus terrenis, aut regalibus: ſed etiam precibus, lachrymis, votis, ieiuniis, quod & facere tētauit. Sic homicidium Vriæ multis cedibus domeſticis vindicatum eſt, nēpe Amnon, Abſalon,

Abſalon,& poſteà Adoniæ,ſub Salomone. 3.Reg.2.
Adulterium vero cum Bethſabeæ, communi regiarum vxorum inceſtu, per Abſalonem mulctatum eſt. Blaſphemia autem qua inimici Deum blapſnemabant,maledictis Semei 2.Reg.16.
in Dauid affatim congeſtis punita eſt. Et nos vermiculi terræ, immo verius terra & cinis, Eccli.10.
Eccleſiæ catholicæ indeuiabili matri noſtræ. (ſi modo Chriſtianiſmum retineamus) contradicere non verecundamur, certo dogmate aſſerenti, nos laturos in purgatorio quicquid dignè pœnitentiæ vel ſatisfactionis hic quouiſmodo prætermiſerimus.

Si à primitiua Eccleſia ad hoc vſque tempus erratum eſſet,dum vbique oratur pro defunctis,cum tot,iidemq́ue eximii propugnatores fidei,quæ nullam omnino falſitatem vnquàm admittit,& tam multi Euangelicæ veritatis doctores,variis etiam cum regionibus, tum ſæculis emicuerint: ob idq́ue ſancti doctores iure optimo vocitati, qui fieri poteſt, vt è tanto numero eorum ſaltem aliquis non incubuerit totus ad ſopiendum aliquando errorem talem, ſi error (quod abſit) vllus fuiſſet? cum prædicti orthodoxæ doctrinę aſſertores,certe veritatem omni alia re antiquiorem ſemper habuerint,probè videlicet edocti quàm ſanctum ſit veritatem, tum maximè Chriſtianam in re omni, amicitię multo præferre, etiãſi amicus ſit Socrates,amicus & Plato. Quod ſi hoc adamuſsim obſeruarunt Phi-

loſophi, quamuis gentiles, quanto magis qui diuina imbuti ſunt philoſophia, nempe ſacri doctores ab vniuerſali Eccleſia recepti, ac proinde nunc probatiſsimi, ſuo officio non defuerunt veritatem ipſam propalando, & erratum (ſi quod ineſſe comperiſſent) manifeſtè improbando. ac pro virili confutãdo? Tantum autem abeſt, vt quiſquam illorum vnquam improbarit, aut cõfutare attentarit pro defunctis orare, vt etiam quando res poſtulabat, inſudarint omnes, ſuiſque aſſertionibus ac ſcriptis cõfirmarint id ſanctè fieri ac Chriſtianæ, conformiter ad Eccleſiam catholicã, quę bona ex parte occupatur circa preces pro mortuis fundendas, tum in vigiliis, tum commendationibus, tum Miſsis defunctorũ, præter alias orationes particulares, aliáue pia ſuffragia, quæ ipſa Eccleſia eundem in finem frequentare ſolet. Nam in qua ſententia fuerint omnes ſancti patres circa hunc articulum facile eſt deprehendere, & certo colligere ex ſingulorum teſtimoniis antea ſecundum cuiuſque tempus allatis in probationem noſtri inſtituti. Siquidem præter ſacros ſummorũ põtificum Canones, & generalia concilia, quibus id ipſum ſuadebamus, citauimus ex ordine pluſquam quadraginta venerandos patres, tum martyres, tum confeſſores: quorum bona pars in Catalogum diuorum canonicè eſt relata. Quibuſquidem tanta fides adhibe-

Eccleſia multas pro defunctis preces fundit.

ri

ri debet ab omnibus Chriſtianis, quanta poteſt maxima, poſt indetrectabilem ſacrorum voluminum authoritatem. Quibus vtpote in hac aſſertione tam cõcordibus, ac tam multis viris ſanctis, & catholicis, non ſine magno rubore poſſunt aut debent contradicere aduerſarij. Quid enim obtendere poterunt? Aliquot (credo), ſacrę ſcripturæ locos proferent, qui prima forſitan facie, quia male ab ipſis intellecti, eorum hæreſi fauere videntur, Nec enim vnquàm ſomniarunt hæretici ſectas aut hæreſes vllas introducere, niſi diuinis literis, ſed perperam interpretatis, innixas: quaſi enim improbi magiſtri falſis vera immiſcẽdo, ſpecie veritatis, teſtimonia vtcunque apparentia obtexunt fraudi. Et nihil quidem mirum, ſi in rem ſuam hæretici diuinas proferunt ſcripturas: cum & Sathanas illorum magiſter, & ſuggeſtor improbus, idipſum egerit aduerſus CHRISTVM Dominum, tribus in deſerto viciſsim tentationibus ipſum adoriendo. Matthei.4. Quomodo enim poſſet error circa fidem oboriri palliatus nomine Chriſtiano, niſi de Scripturis, ſed tamen vel truncatis, vel non ſane intellectis? Verum recitemus quos iſti potiſsimum ſacrorum oraculorum locos producunt, ad ſuum ipſorum vtcunque tutandum errorem, & ad impugnandam Catholicam de ſuffragiis mortuorum ſententiam: vt

his ſatisfaciendo clarius innoteſcat, quàm ij toto aberrent cœlo: & quàm amplexandum ſit de hoc articulo Eccleſiæ catholicæ dogma. Proferunt id Pſalmiſtæ: Reddes vnicuique ſecundum opera ſua. & de Apocalypſi:

Pſal.61. Opera illorum ſequuntur illos, & de priore

Apoc.14. ad Corinthios: Vnuſquiſque proprium mercedem recipiet ſecundũ ſuum laborem. Et de

1.Cor.3. poſteriore: Omnes nos oportet manifeſtari

2.Cor.5. ante tribunal CHRISTI, vt recipiat vnuſquiſque propria corporis quę geſsit, ſiue bonum ſiue malum. Et ad Romanos: vnuſquiſ-

Roman.14. que pro ſe reddet rationem Deo. Et ad Galathas: Quæ ſeminauerit homo, hæc & metet.

Galat.6. Et iterum: Vnuſquiſque onus ſuum portabit.

Eccleſ.9. bit. Et quod habet Eccleſiaſtes: Mortui nihil nouerunt amplius, nec habent vltra mercedẽ quia obliuioni tradita eſt memoria eorum. Amor quippe, & odium, & inuidiæ, ſimul perierunt, nec habẽt partem in hoc ſæculo, & in opere quod ſub cœlo geritur. Et rurſus: Si ce-

Eccleſ.11. ciderit lignum ad auſtrum aut ad Aquilonẽ, in quocunque loco ceciderit, ibi erit: & apud

Ezech.18. Ezechielem: Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, omnium iniquitatum eius quas operatus eſt, non recordabor. Ex quibus Propheticarum, Apoſtolicarumq́ue literarum teſtimoniis & aliis ſimilibus, cõtendunt aduerſarii ſuam hęreſim roborare ac ſtabilire. Satisfaciendum igitur omnibus. Et generaliter quidẽ dici po

teſt

teſt,quòd intelligenda ſunt prælibata, quatenus retributio vnicuique facienda eſt quantū ad præmium eſſentiale beatificum, & quantū ad pœnam damnationis æternæ ſpectat. Sic enim vnicuique retribuetur ſecuūdum merita perſonalia, nec iuuabitur quiſquam vllomodo per quæcunque aliorum ſuffragia. Vel ſi volumus, exponere licet, de premio in finali iudicio cuiuis reddēdo. Poſt illud namq; extremum generale ac tremēdum iudicium, ceſſabunt ſuffragia oīa, non augebitur gloriā, nec minuetur cuiuſpiam pœna ſiue ſit eſſentialis, ſiue accidentalis: cum tamen ſecus ſit ad illud vſque tempus. Siquidem interim accidentale beatorum gaudium per opera mortaliū meritoria bene augetur, quorū ipſi iam beati cauſa fuerunt vel occaſio, per doctrinam, ſcripta, monita, exempla, preces, auxilia, ac alia huiuſmodi. Similiter & pœnam damnatorum accidentariam aggrauari ſuadet, quod dicitur de Arij pœna indies augeſcente, ob plures per hęreſim ipſius quāuis iā mortui, ſubuerſos. Cui ſuffragatur quod apud B. Lucam rogat patrē Abrahā Epulo, vt Lazarum mittat domū patris, doctutum ſuos fratres, ne in eundē tormentorum locum veniant: quod quidē ob id poſtulaſſe credi poteſt, ne excōmuni fratrum ſuorū damnatione, acerbior quoq; eſſet ei ſua pœna. Poſſunt nihilo ſecius quæ fiunt à viuētibus ſuffragia pro mortuis, dici horū opera: tum quia dum viuerēt, meruerunt vt ab aliis facien- *Luc.16.*

facienda proficerent ipſis, iuxta mentem beati
Aug. in Enchirid. c. 109. Auguſtini in Enchiridio: tum quoniã quod
pro aliquo fit, eius efficitur pro quo fit, dum
ipſi appropriatur per intentionem facientis:
tum quia id quod eſt alterius qui mecum eſt
vnum, quodam modo & meum eſt. Charitas
autem omnia ita facit cõmunia, vt dicere auſit
Pſal. 118. Pſalmographus: Particeps ego ſum omniũ timentium te, & cuſtodientium mandata tua.
Et in actis apoſtolicis ob ingẽtem charitatem
mutuam narratur, quòd multitudinis credentium
Act. 5. erat cor vnum & anima vna: quid igitur
reclamare videtur iuſtitiæ diuinæ, ſi alter fructum
nonnullum accipiat ex operibus ab altero
factis, quando ambo charitate vnũ ſunt?
Nam & ſecundum iuſtitiam humanam videmus
ſatisfactionem vnius in alterius vtilitatem
cedere ac pro altero acceptari plerumque.
Charitate autem nobiſcum vniri eos etiam
qui ex hac rapti ſunt vita, ſi tamen chari-
2. Cor. 5. tate veſtiti & non nudi inueniantur, nulli dubium
eſſe debet: tum maxime ob id quod habet
apoſtolus de ipſa charitate, quòd nun-
1. Cor. 13. quàm excidat, ſiue prophetiæ euacuabuntur,
ſiue lingue ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur:
nec quærit quæ ſua ſunt tantum modo, ſed
aliis quoque omnibus pro virili ſtudet prodeſſe
ac benefacere. Cum igitur & hic adhuc
viuentes, & alij in purgatorio exiſtentes tanquàm
membra eiuſdem corporis indiſſolubili
ac certo charitatis nexu colligentur: quid
prohibet

prohibet mutuam viuorum mortuorumque communicationem fieri quantum ad ea quæ ſunt vitæ ſpiritualis? Manent haud dubie mortui in gratia dei, adhuc membra eiuſdem corporis CHRISTI, cuius & fuerunt viui quoniam in vnitate eccleſiæ per charitatem manentes tandem extremum diem clauſerunt. Ad authoritates autem ſigillatim reſpondendo, dici poteſt ad primam quæ eſt pſalmiſtæ, quòd ibi explicantur præmia omnibus & ſingulis danda per deum iudicem iuſtum tam in cœlo, quàm in inferno ſecundum propria cuiuſque merita: iuſtis videlicet & iis qui bene egerunt, vitam æternam in cœleſti ciuitate dei: iis autem qui male egerunt, pœnas in interitu æternas à facie domini apud inferos: vt nullum relinquatur inultum malum, quemadmodum nec vllum bonum manet ſuo premio defraudatum. Locus Apocalypſeos cum præmiſiſſet nullam habituros requiem die ac nocte eos qui adorauerunt beſtiam & imaginem eius, ſubſequenter vt par erat, de regno Dei agit, è regione ſempiternã promittens quietem in cœlo Chriſti fidelibus ob labores, cauſa virutis ac fidei patienter toleratos dũ in hac miſeriarum valle viuerent: vt vel ſic amplius animaret quoſcunque hic degentes, ad quæuis pro CHRISTI nomine æquanimiter perſeuerantérque ſuſtinenda: certo videlicet habituros tandem

Pſal.61.
Ioan.6.
2.Theſſal.1.
Apoc.14.

tandem eo maiorem mercedem ac requiem, quo pluribus in mundo laboribus ac tribulationibus vexarentur. Quibus ſatis concor-
1. Cor. 3. dat prima ex apoſtolo ſubiuncta authoritas, quanuis ſpecialiter loquatur de mercede miniſtrorum euangelicorum: ne enim forte opinaretur quiſquã eos qui ſeruiunt euangelio non eſſe renumerandos, quia pręmiſerat: neq; eum qui plantat aliquid eſſe, neque eum qui
Ibidem. rigat. Ideo apoſtolus ibidem ſubnexuit præmium miniſtris euangelicis par fore labori in eam rem aſſumpto, quo quiſque intelligeret, vt inequaliter in vinea domini laboraret, ita inequalem colligeret fructũ: ac proinde qui affluentiorem deſideraret remunerationem, nõ abnueret nec pigritaretur maiorem quoq;
2. Cor. 5. impendere operam. Alter beati Pauli locus cauſam tangit ob quam pro viribus contendere quaſi aduerſus carnem, mundum, diabolum legitime certãdo, debeamus ad placendũ ſemper deo: quippe qui velimus nolimus ad vnum ſemel ſiſtendi ſimus. Chriſto domino, & quidem manifeſti, nempe cunctis perſpicue viſuris in generali iudicio omnia quæcũque geſsimus, tantiſper donec in mortali corpore militaremus, ad recipiẽdum digna factis, quod tum demũ fiet perfectè in communi o-
Rom. 14. nium reſurrectione. Quod autem de epiſtola ad Romanos citatur, eo tendit vt à iudicandis fratribus temperare diſcamus, præſertim in indifferentibus, & in iis quæ in vtranuis partẽ
interpretari

interpretari quæunt. Quandoquidem pro noſtra vel approbatione vel reprobatione, nihil aliis aut prodeſſe aut obeſſe valemus: nobis autem iudicium acquirimus, dũ fratres noſtros ſæpenumero temere iudicamus, aliis quidem ſatisfaciẽtibus deo pro ſingulis operibus, non erimus ipſi immunes à reddenda eidem ratione, etiam vſurpatis contra alios iudiciis. Quod vero ex epiſtola ad Galathas ſubiungitur de proprio onere à ſingulis portando, oſtẽdit plane alieno peccato neminem aggrauari, ſed ſuo quemq;, de quo & in iudicio Chriſti iudicabitur. Et quod proxime præmittitur de meſſe ſationi reſponſura, docet vnumquemque recepturum à Chriſto, quicquid in vita præſenti meruerit laborando, & nihil amplius: ne quis falſo putet ſe alienis ſaluari meritis. Apud homines quidem, alieni quandoque fructus metuntur ab iis qui nihil operati ſunt: apud deum vero nequaquã, vtpote & iuſtũ, & omnia manifeſto cognoſcẽtẽ, ac proinde omnibus ſemper pro æquitate retribuentem. Quæ omnia ſic ad regulã doctorum intellecta, conſtat nihil obuiare iis quæ de pœnarũ ſatisfactionibus prædicat Eccleſia catholica: debitarũ quidẽ ab iis qui hic mortui ſunt in charitate, ſoluẽdarũ vero ab iiſdẽ, niſi per aliorũ ſuffragia, preces, eleemoſynas, ſacrificia, & alia huiuſmodi vice purgandorũ exoluantur. Ad priorẽ Eccleſi. authoritatẽ, dicendum imprimis quòd loquitur de mortuis

Galat. 6.

Eccleſ. 9.

domi, & quieſcant. Sic & defuncti in gratia, cũ adhunc ſint membra corporis Eccleſiæ, quia nobis per charitatem copulantur, quantuuis ſint diuerſorũ ſtatuum: nec in eodem laborẽt officio, noſtrorum pro ipſis ſuffragiorum, nõ expertes tamen ſunt fructũ, qui ex ſanctis ope ribus noſtris hic proueniũt: tum maxime cum ita intendamus, & nomine illorum hic operemur, orando, ieiunando, eleemoſynas impertiendo, ſacroſanctã altaris hoſtiam offerendo, aliaq; ſatisfactionis genera pie exequẽdo. Videmus in corpore naturali membra ſibi communiter operari: manus quidem non digerũt, ſed ſtomachus: rurſus cibos non ingerit ipſe ſtomachus in os: ſed manus, & tamen non ſibi tãtum, ſed etiam omnibus aliis membris ſtomachus digerit & toti quoque corpori cibos manus inferunt: quemadmodum & pedes totum ſuſtentant portantque corpus: oculi, aures, nares: toti corpori vident, audiunt, olfaciunt: nec ſecus in aliis. Si ea ad communẽ vtilitatem & totius conſeruationem reperitur membrorum neceſſaria participatio ac connexio in corpore naturali: deerit ne ſua quoque communicatio corpori myſtico Eccleſiæ, quod longe præſtantius eſt illo, quanto ſpiritualia anteeunt corporalibus? Haud dubie rationi cõſentaneum videtur, vt eiuſdem myſtici Eccleſiæ corporis membra, tam ea quæ hinc tranſierũt, quàm illa quæ hic remanent ac ſuperſunt adhuc, cõmunicent inuicẽ:
&

& quæcunque poſſunt, aliis ſubueniant indigẽtibus pro virili: quod ſollicite facit pia mater Eccleſia militans dum catholicæ inuitat filios ſuos ad deuote obſecrandum, & ad quæuis alia ſuffragia ex pio affectu multiplicanda pro iis ſpiritibus quos in purgatorio affligi credit. Alter eiuſdem libri locus nihil aliud q̃
Eccleſ.11. immutabilem vitæ futuræ ſtatum oſtẽdit, pœnes gratiam & peccatum mortale, vt videlicet quiſquis in charitate moritur, ab ea cadere in poſterum nequeat. Rurſus quiſquis cum capitali crimine decedit, nõ valeat vnquàm deo recõciliari: quibus nõ repugnat vt is qui mortem obit in gratia, alicuius pœnæ adhuc exoluendæ debitor, pro ea prius ſatisfaciat in purgatorio, quàm ad beatitudinem admittatur. Auſter enim ibi partem electorum deſignat, vt & aquilone reproborum ſors ſignificatur, quod videlicet ſcriptũ ſit ab aquilone pandi
Hiere.1. malum omne, & apoſtatam angelum voluiſſe
Eſa.14 ponere ſedem ſuam in lateribus aquilonis. Si quidem iuſtus per feruorẽ ſpiritus ad gaudia ducitur: & peccator in frigido corde ſuo re-
Grego.lib.12. probatur, vt ait B. Gregorius. Homo igitur à
moral.ca.3. præſentis vite ſtatu per mortem abſciſſus, cadere dicitur ad auſtrum, ſi in calore charitatis ſpiritusſancti expiret: ſi vero in frigore infidelitatis, aut cuiuſuis alius mortalis noxe intereat, ad aquilonem cadit: qui per lignum in ſcriptura ſignificatur, vt apud Ezechielẽ: Ego
Ezech.17. dominus humiliaui lignum ſublime, & exal-

taui

taui lignum humile, & à philoſophis dicitur arbor euerſa, nec omnino abſre, quod videlicet huius radix quæ pro capite eſt, & vice oris vnde accipitur nutrimentum, in imo ſit poſita: contra vero ſit hominis caput in ſublimi, vt ſtatura ſua admoneatur ipſe, neglectis inferioribus quæ terrena ſunt & caduca, è ſupernis potius præcipuum quærere alimentũ nẽpe ſpiritualem animi cibum. gratiam cœleſtẽ, diuinumque fauorem: vt debito incremento ac digna perfectione conſummatus, tanquam nobile lignum, mereatur tandem in ædificatione domus ſpiritualis, (quæ eſt Eccleſia & corpus Chriſti myſticum) pro dignitate conſtitui: non autem excindi, & in ignẽ mitti ob defectum bonorum fructuum. In quo quidẽ Eccleſiaſtę loco non debemus nec poſſumus auſtrum duntaxat ſumere pro loco ipſis beatis deſtinato: ſed inſuper pro alio, in quem recipi poſſunt animæ etiam in gratia excedẽtes antequam in cœleſtem beatitudinem plene introducantur (cum enim hæc ſententia à Salomone ſit pronunciata, & ſic multo antequam per Chriſti paſsionem reſerata nobis eſſet paradiſi ianua, verificari ad plenum minime valet, niſi plura quàm duo loca ad receptionem animarum hac vita exeuntium conſtituamus. Animæ enim in charitate hinc abeuntes, ante Chriſtum temporaliter ex ſacratiſsima virgine Maria natum, non deſcendebant in inferfernum, vt eſt locus damnatorum: rurſus non

Matthæi. 3.

Eccleſ. 11.

aſcendebant in cœlum beatorum: vtpote adhuc clauſum: ſed ſi nullis erant pœnis obnoxiæ, ferebantur ab angelis in Abrahæ ſinum (quem ſanctorum patrum limbũ vocitamus) quod legimus apud b. Lucam de anima Laza-

Luc.16. ri mendici: ibique præſtolabantur aduentum Meſsiæ, & redeptionẽ generis humani per eũ faciendã: immo & nũc aliũ quoq; locũ à pdictis aſsignamus pro animabus infantium ſine baptiſmali regeneratione interceptorũ, quẽ etiam limbum puerorum vulgo nominam9.

Eccleſ.11. Itaque manifeſto videre eſt, quòd prælibata Eccleſiaſtæ authoritas non conuincat omnes animas corporibus egreſſas, tẽdere ſtatim ac ſine mora vlteriori vel in beatitudinẽ, vel in gehennam: ac proinde luce clarius conſtat ei nil obuiare, quòd nunc quoque, nempe in lege Euãgelica aliquẽ conſtituamus locũ pro multis animabus adhuc purgandis, antequàm

Ezechiel.18. recta cœlum adeant. Quod autẽ ait Ezechiel, dominum Deum non recordaturum omniũ iniquitatum eius quem vere pœnituerit, certum eſt oportere intelligi de imputatione ad reatum mortis æternæ haud reſeruanda. Vnde ait pœnitentem vita victurum, nempe vita animæ, quæ eſt gratia, & non moriturum: nõ quidem corporaliter, ſed ſpiritualiter: cũ quo tamen ſtat par ac debita exolutio pœnarũ temporalium pro admiſsis. Vt Dauidem, alioſque non paucos ob præcedentia facinora non ficte nec ſemel tantum ingemuiſſe legimus, &

nihilo

nihilo ſecius multas poſteà dediſſe pœnas. Eos autem omnes qui in hoc mundo dignos pœnitentiæ fructus de peccatis ſuis non fecerunt, in altero purgari ſæculo tam conſonum eſt æquitati: vt ægre feramus, & quantum in nobis eſt, raro patiamur eum hominem qui multa, & alterum qui pauca vel nulla debet, eadem lege tractari. Sed ſi quid nobis debeatur à quoq́, volumus (& ſæpe quidem nõ iniuria) ab eo nobis prius ſatisfieri, quàm ipſe aut libertate fruatur, aut fortunis ſuis libere vti poſsit. Et iactabimus confidentius eum qui infinita Deo debet (ſeruus enim qui cognouit voluntatem Domini ſui, & ſecũdum eam non fecit, vapulabit multis) ob innumera adulteria, rapinas, homicidia, blaſphemias, & alia id genus quàmplurima, priuſquam de minimis quibuſque ſatisfaciat, prorſus impunitum ad requiem ſempiternam peruenturum in conſpectum Dei iudicis iuſti, qui ob peccata non ſemel per Ezechielem minatur gladium, famem, peſtilentiam, beſtias, quſque intonat: Si iuſtitias meas prophanauerint & mandata mea non cuſtodierint: viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Et in Exodo: Ego ſum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, viſitans iniquitaté patrũ in filios in tertiam & quartã generationé eorũ qui oderũt me. & iterũ: Ego in die vltionis viſitabo & hoc peccatũ eorũ.

Matthæi.3. *Luc.12.* *Ezech.14.* *Pſal.88.* *Exod.20.* *Exod.32.*

Eſaiæ 1. & in Eſaia:Heu ego conſolabor ſuper hoſtibus meis,& vindicabor de inimicis meis: & conuertam manum meam ad te, & excoquã ad purum ſcoriam tuam. Et in Deuteronom:
Deu.32. Mihi vindictam,& ego retribuam. Vbi enim retributio vindictæ apud Deum, ſi ſceleratiſſimus pariter & innocentiſſimus veniunt ad eandem ſortem? Quę vero iuſtitia vt infinitis contaminatus piaculis, ſine vlla ſatisfactione (niſi quod ſub mortem vel in vltimo vitæ ſuſpirio animo reſipuit,& modicam admodum de tot facinoribus diſplicentiam ſeu cõtritionem habuit)tam expeditè in gloriam cœleſtis vitæ tranſcẽdat,quàm alter qui pro vnico crimine mortali,toto vitæ tempore dignos pœ-
Matthæi 3. nitentiæ fructus agit,ingemiſcendo, orando, ieiunando,eleemoſynas largiter effundendo, aliaque ſatisfactionis operadebita frequentando? Quanuis negandum non ſit tantam aliquando poſſe pœnitudinem contritionemve cordis haberi in morte,vt propter illã quis ab omni pœna in altero ſæculo alias perferenda,liberetur:ſed cum in morte (vt ait Pſaltes
Pſal.6. regius)nõ ſit qui memor ſit dei: tum propter vehementes prementis morbi dolores, fracta longiori ægrotatione membra, obſtupefactã mentem,ſenſus hebetiores redditos,nihilque ſui officii amplius peragere potentes: tũ propter amicos eiulãtes,familiã deſolatã,aſſidentes conſanguineos, potius auertentes à ſalute ſpirituali ac præpediẽtes,& ſępenumero nihil aliud

aliud quàm moribundum vexantes,ad legata vel ſimpliciter donata extorquenda: præter quàm quòd non ſine ingenti mœrore deſeruntur bona temporalia, ab iis qui ipſorum amantiores fuerunt in mundo: Rara auis eſt in terris(vt aiunt)homo ſub obitum ſic contritus, vt ita plene ſatisfaciat de tot commiſſis, quòd purgatorio poſthac igne haudquaquàm indigeat. Ad hæc quid mihi prohibetur vindicta,& promittitur à Deo iudice iuſto retribuenda,ſi is qui iniurias mihi irrogauit nullo numero comprehenſibiles, ita euolet indemnis: vt impune omnia aduerſum me patrarit? Impune enim alterum læſit qui nec in vita præſenti, nec poſt interitū quicquam patitur ob fratris læſionem: fruſtráque videtur in cõſolationem læſi promiſſum quòd Deus vlciſcatur, ſi poſt hanc vitam nulla relinquitur vltio ſeu pœna pro iniuriis anteà illatis.Ego ſatius multo forſan factitauerim, ſi iſtiuſmodi homines iniurios, ſaltem in hoc mundo coegerim aliquot pœnas dare:ſic enim effecerim, vt improbiſsimi quique à faſcinoribus patrandis magis temperent,ac multum retardentur pœnarum ſtatim exigendarum metu:quarum formidine vel mali (vt ait quidam)peccare oderunt.Sic tribuètur & æquitati nonnihil, & iuſtitiæ:dum ſcelera per pœnas (vt aliter nequeant) ordinata curauerim:quæ niſi hic puniantur,nuſquàm ordinabuntur,ſi verum eſt, quod iſti impoſtores cõ

Deut.32. & Rom.12.

Horat. epiſt. 17.

tra Eccleſiam catholicam im pudenter blaterantes, obſtinatè aſſeuerant: nullum videlicet poſt hanc vitam ſupereſſe purgatorium. In cuius quidem prauæ ſectæ ſuæ deffenſionem, quid aliud adducent? an adhuc ſuperadiungent nihil omnino reſtare poſt mortem ſoluendum cuiquàm? iuxta quod dicitur:
Horat. epiſt. 17. Mors vltima linea rerũ eſt:& quod proclamãt omnes eum qui mortuus eſt debita naturę ſoluiſſe, quaſi neceſſario inde concludẽdum ſit, tãtiſper donec hic viuitur ſatisfaciendũ quidem pro virili, cum hominibus, tum Deo ipſi (vt ingenue fateri quiſque debet) vbi vero ad mortem ventum erit, nullus (aiunt) ſupereſt ſatisfactioni locus. Qua in aſſertione quicunque immoti volunt perſiſtere, miror, quo modo non videant ſe multis ſacræ ſcripturæ locis reluctari, nempe iis quibus conteſtatur Deus ſe redditurum omnibus iuxta ipſorum
Pſal. 61. opera:& pariter illud orthodoxæ veritatis im
Matthæi 16. probare, vbi dicitur, ſanctum eſſe & ſalubre
2. Machab. 12 pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur: manifeſto enim conſequitur nihil prodeſſe pro mortuis preces fundere, aut alia quæuis ſuffragia impendere, ſi poſt mortem nemo teneatur pro quibuſcunque antea admiſsis ſatisfacere. Quod quidẽ nihilominus tã aperte repugnat boni ſenſui ac veritati ipſi, ſeſe hominibus vbiuis & ſpõte ingerenti, vt non modo Euãgelica luce illuſtrati, ſed Ethnici quoque

que probent ac ſtatuant, pro tẽporalibus defunctorum obligationibus eſſe ſatisfaciendũ. Quanto igitur cõformius erit rationi, vt pro Spiritualibus debitis quibuſcunque ſatisfiat Deo, etiam poſt obitum? ſi quid in vita mortali prætermiſſum ſit: ne quid inultum relinquat iuſtus iudex viuorum, quod punitione dignũ ſatis ſuperque liquet. Hoc ipſum quaſi à Spiritu Sancto mota, bene declarauit beata illa peccatrix, dum de ſingulis membris quibus ante peccauerat, abunde ſatisfecit Christo Domino apud Simonem Phariſæum. *Luc. 7.*

Sed quãuis ſola Eccleſia traderet purgatorium poſt mortem ponendum, quis fidelium, niſi forte ſupra modum ſuæ ſententiæ tenax & immoderatus defenſor, deberet ei contra dicere? cum ne ipſe qnidem beatiſsimus Paulus auſus ſit vnquam Eccleſiæ refragari: quæ proculdubio alia nõ fuit ipſo viuente, quàm eſt impræſentiarum, alioqui fateri oporteret aliam Eccleſiam nunc eſſe CHRISTI ſpõſam, quàm tunc fuerit: & exinde concedendum foret CHRISTVM Dominum non ſolum eſſe bigamum: ſed quot fuerũt ab eius incarnatione ſæcula, tot ſponſas eius diſsimiles & alias fuiſſe: quod quidẽ tam abſurdũ apparet primore etiam intuitu, vt nullæ aures piæ iſtud ferre queant. Beatum autem Paulũ ſeſe ſubmiſiſſe, ac ſubditũ reddidiſſe Eccleſiæ, hinc liquido cõſtat, quòd cum nõ omni-

non conueniret inter Chriſtianos primitiuæ Eccleſiæ de obſeruandis legalibus, venerit ipſe Hieroſolymam, alios diſcipulos ſuper his cõſulturus, vt in ſua ad Galathas epiſtola ſcriptum reliquit, & in Actis Apoſtolorum exprimitur: quo negotium ipſum totum ex Eccleſiæ ſententia determinaretur amplius, & taliter determinatum ſine vlteriori controuerſia ab omnibus Chriſtianis teneretur inuiolatum. Qua nunc (quæſo) fronte præſument aliqui Chriſtiani contra receptiſsimam totius Eccleſiæ fidem negare purgatorium? An confidenter audebunt aliqui ſeſe diuo Paulo præferre, & tanquam diuino Apoſtolo maiores & acutiores, quam ille ceu matrem indeuiabilem agnoſcẽdo amplexus eſt, repudiabũt iſti nimis arrogantes? qui tamen nihil aliud quàm ſeſe iactitant ita pendere totos ab Euangelio, aliiſque diuinis oraculis, vt ne latum quidem vnguem, ab illis diſcrepare videri velint: & vociferantur ſe nunquã non peragere, & vbique, & omni ex parte, quæcunq; Chriſto domino b. Paulo, aliiſque Apoſtolis conformia ſunt. Quod ergo ab omnibus Eccleſiis particularibus ſimiliter, & catholica conſuetudine tot iam ſęculis inuiolabiliter obſeruatum eſt: ſine vlla controuerſia ab vno quoq; fideli eſt firmiter tenendum, & habendum tanquã diuinitus inſpiratum: alioqui profecto ſi ex hominibus conſiliũ extitiſſet, (vt ait Gamaliel) hoc opus diſſolutum foret: ſed quoniam ex Deo

Gal. 2. Act. 15. Act. 5.

Deo eſt,non potuit hactenus diſſolui:& quia diſſolutum non videmus etiam poſt tot ſecula,ſed indies magis coroboratum, ex deo eſſe certo colligere debemus.Cum itaq; Eccleſiaſtica diſciplina verbo,exemploq́;, & facto, tradat orandũ pro fidelibus præſenti vita defunctis,quos ĩ purgatorio detineri credit indubitanter, quouſq; ad plenum ſatisfecerint pro admiſsis vel omiſsis,quicũq; aliter ſentit, meretur ex albo fidelium deleri & expungi, quantumuis inclamet euangelicas literas non ponere aperte purgatorium.Nec enim tãtum credendũ eſt iis q̃ manifeſta ſunt & explicata in ſcripturis diuinis:ſed aliis pluribus, quæ videlicet tradiderunt Apoſtoli viua voce, licet ea ſcriptis non mandauerint:iuxta quod ait ipſe B.Paulus: Cętera cum venero diſponam. & iterũ:Fratres ſtate, & tenete traditiones quas didiciſtis,ſiue per ſermonem,ſiue per epiſtolã noſtram. Et quidem certe nõ plus in ſe habet authoritatis quod ſcriptum eſt ab apoſtolis, q̃ quod ab eiſdem verbotenus eſt expreſſum, alioqui minus obligati fuiſſent naſcentis Eccleſiæ fideles credere verbis apoſtolicis, ante conſcripta euãgelia: quorum primus ſcriptor fuit B. Matthæus, idq́ue poſt octo annos aſſumpti in cœlum Chriſti, vt ait Theophylactus.Ex quo igitur reperimus beatum Paulũ nihil oĩno repugnaſſe iudicio Eccleſię,quando in Hieruſalem ſuper circunciſione,& aliis antique legis ritibus aduerſus ipſum nõ pauci Chriſtiani

1.Cor.11.
2.Theſſal 2.
Theophyla in pfat. ĩ Matth.

Chriſtiani contendebant: non eſt quod moremur nos ipſos eidem Eccleſiæ ſubiicere, cõtra enim faciendo, prudentię, noſtrę nimis innitimur, & dictis beati Pauli aduerſamur, qui multis in locis nobis ſuadet, vt ipſius imitatores ſimus ſicut & ille Chriſti. Siquidem ipſe aliorum apoſtolorum ac ſeniorum ſententiam obedienter acceptauit, ſuper dubia quęſtione de lege veteri exorta, & aliis acceptandam cuſtodiendamque denuntiauit, tum maxime quando perambulans Syriam ac Ciliciam, confirmabat eccleſias præcipiendo cuſtodire præcepta & dogmata apoſtolorum & ſeniorum. Quas ob res cum videamus luce clarius Eccleſiam tot ante ſeculis ſemper crediſſe purgatorium eſſe poſt hanc vitam: nos beati Pauli exemplo eum tenemur audire, iuxta expreſſum Chriſti domini mandatum: etiam ſi ſcripturæ diuinitus tradite nihil prorſus meminiſſent purgatorij. Nõ enim (vt prelibatum eſt) ea tantũ credere aſtringimur quę in diuinis exprimuntur libris, ſed & alia non pauca, quæ Eccleſia credit: vt de immaculata ſacræ virginis conceptione, ſancta natiuitate, perpetua virginitate, & eiuſdem aſſumptione cum corpore in cœlum ſuper omnes angelorum ordines: de proceſsione ſpiritusſancti à patre filioque, de trium perſonarum diuinarum conſubſtantialitate, de tranſubſtantiatione panis & vini in verum ac reale Chriſti corpus & ſanguinem, in venerando Euchariſtiæ

1. Cor 4. et 11. & Philip. 3.

Act. 15. et 16.

Matth. 18. Luc. 10.

chariſtiæ ſacraméto, de vnica in Chriſto perſona, & duabus in vna eiuſdem hypoſtaſi naturis, voluntatibus, operationibus. Vbi quæſo, in toto ſacrorum voluminum cõtextu exprimitur nomen Trinitatis? vbi quòd in indiuidua Trinitate ſint tres perſonæ diuinæ? quæ omnia vel eorum aliqua pertinaciter negantes, iure habiti ſunt hæretici, vt Iouinianus, Arius, Neſtorius, Sabellius, Eutyches, Photinus, Eunomius, Macedonius, aliíque nonnulli. Quam hæreſeos notam & nobis inureremus ſi contra eccleſiam perſiſteremus inficiantes purgatorium. Quare & Grȩci ſub imperatore Conſtantinopolitano Paleologo, in concilio Florentino cui præſedit Eugenius papa quartus, tandem conſenſerũt Romanæ Eccleſiæ ac catholicæ, vt credi deberet ab omnibus Chriſti fidelibus purgatorium eſſe poſt mortem: ac fieri conſueta Eccleſiæ ſuffragia, quæ ſpiritibus ibi detentis non parum prodeſſent ad ſubleuationem ac expeditiorem à pœnis liberationem, omnimodámque purificationem. Purificanda ſi quidem ſunt exactiſsime quȩ in locum mundiſsimum ſunt tranſmittenda, qualem fides prædicat cœleſtem patriam. Portas enim cœleſtis Hierusalem vaticinatus eſt Thobias, ex Saphyro *Thob 13.* & Smaragdo ædificandas, omnéſque eius plateas ex lapide candido & mundo ſternendas. Ipſa vero ciuitas eſt ex beato Ioanne *Apoc.21.* aurum mundum, ſimile vitro mundo,

&

& platea ciuitatis, aurum mundum tanquàm vitrum perlucidum, iuxta quod & Eccleſia in hymno dedicationis ſacrorum templorũ, ſic canit: Plateæ & muri eius, ex auro puriſsimo. Ideoq́ue mox ſubiungit Idem B. Ioannes: Nõ intrabit in eam aliquid coinquinatũ, aut abominationem faciens, & mendacium, niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ agni. Cui aſtipulatur Dauid Rex prius interrogando, & poſtea reſpondẽdo, ita pſallens: Quis aſcendet in montem domini? aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocens manibus, & mundo corde: qui nõ accepit in vano animam ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo. Quoniã autem in multis offendimus omnes, & nõ eſt homo qui nõ peccet. Ecce enim qui ſeruiunt deo non ſunt ſtabiles, & in angelis ſuis reperit prauitatem: quantomagis qui habitant domos luteas qui terrenum habent fundamentum, cõſumentur velut à tinea? bono quidem iure à deo ipſo ordinatum eſt purgatoriũ ſeu purgatorius ignis poſt mortem. Si enim nõ abſre deus ignẽ quo metalla purgantur (ſi quidem igni probatur argentum, & aurum camino) in hoc mundo creauit: cum ei ſit incõparabiliter maior cura de purgatione abſoluta noſtrarum animarũ: quomodo nõ creaſſet & illum ignem purgatorium, quo hinc abeuntes animæ, & viciorũ in hac mortali vita quomodocũq; cõtractorum, non nihil deferentes, omnino expiarentur, vt ſic tandem Idoneæ forent quæ in mũdiſsimam

Pſal. 23
Iacob. 2.
3. Reg. 8.
Iob. 4.
Prouerb. 17.

diſsimam omnium fœlicitatem ſempiternam admitterentur? Et nihilominus catholicæ veritatis hoſtes imperitioribus (quę maxima turba eſt) perſuadere conati ſunt purgatorium per ſacerdotum huius tempeſtatis auariciam, aut non multo ante, fraudulenter excogitatũ eſſe, falſoque aſſertum: Idque in odium totius cleri, vſque adeo iſti male afficiuntur Chriſti & Eccleſiæ miniſtris. Verum enimuero tãtũ abeſt, vt recens ſit inuẽtum purgatorium, aut vt paucis ab annis excogitauerint ſacerdotes ſancta viuorũ ſuffragia prodeſſe fidelibus defunctis, quòd ſeculo beati Auguſtini (qui floruit annis elapſis plus minus vndecies centũ) generalis fieret commemoratio, ac talis in Eccleſia pro ipſis mortuis, qualis & nunc fit per orbem Chriſtianũ. Quod quidem nulli obſcurum eſſe poteſt, qui legerit ſermones quos fecit ipſe Augu. pro die cõmemorationis animarum fidelium: vnde euidentiſsimũ eſt tunc ab Eccleſia ſolemniter inſtitutum fuiſſe, vt rogaretur pro maturiore liberatione animarũ, q̃ licet in gratia deceſsiſſent, purgatione indigerent: Immo & longe prius oratum eſſe in eccleſia pro mortuis ſatis ſuperque claret ex vetuſtiſsimis authoribus ſacris in aſſertionẽ huius articuli tanto numero præcitatis, vt nemo niſi impudẽtiſsimus, ipſis vlla ex parte refragari queat. *Purgatorium nõ recens inuentum.*

Præter iſta autem omnia quod nam eccleſię concilium vnquàm dubitauit de purgatorio? *Nullũ cõciliũ dubitauit de purgatorio.*

rio? Immo vero qs ab orbe redépto ex ſacris doctoribus,& ab eccleſia receptis: aut quiſnã boni nominis & ſane doctrinę,in quacunque ætate, poſt inchoatam & fundatam ab apoſtolis eccleſiam,purgatorium negauit? niſi forte ex Græcis nonnulli (vt paulo ante præmiſimus)& ex Armenis: qui errorem ſuum tandẽ agnoſcentes, reſipuerunt. A Chriſto quidem paſſo diuerſis ſeculis varij varia ſenſerunt de ſpectãtibus ad fidem noſtram,ſed quoties inſurrexerunt. Eccleſiæ aduerſarij, extiterunt & viri cum eruditione, tũ virtute, miraculis, ſanctimonia inſignes: qui tantum vel multo plus pro fidei integritate decertarunt, quantum alij oppugnarunt. Ita enim proſpexit Chriſtianiſmo deus optimus maximus, vt quocunq; tempore diſtribuerit, ac decedentib⁹ ſuccedere fecerit aliquos, quorũ doctrina,exemplo,hortamẽtis, vita,alij quidem reuocarentur à malo & errore, alij vero in veritate ſtabiliti confirmarentur. Semper enim
Eccleſ.1. malis (licet ſtultorum infinitus ſit numerus) boni permixti ſunt, hoc diuina diſpenſante prouidentia, vt bonorum exemplis ac eluceſcente virtute,ſubneruetur, vel ſaltem magna ex parte minuatur malorum improbitas, & malicia condémnetur: quo & ipſi deſides à ſtudioſis plurima capiant commoda, modo velint. Quanto enim melior eſt deus ſuis omnibus creaturis, tantomagis præſtantiúſque conſulit vniuerſo: quare ſi nemo hominum
ſeu

ſeu priuatus paterfamilias, ſeu publicus magiſtratus, princeps videlicet, vel rex, vel imperator prudens ac bonus, habens in poteſtate & dominio ſuo ſubditos ſapientes, induſtrios, potentes opere & ſermone, ac longa & multiiuga rerũ experientia ſpectatiſsimos, negligeret hos per diuerſa loca ac regiones cũctas ſuę ditioni obtemperãtes ita diſpertiri ac pficere vt reliquos omnes in officiis ſuis facilius retineret vicia reprimendo & virtutes excolẽdo: quanto magis deus optimus maximus efficit, diſponit, ordinat, vt quocunque ſeculo vigeant eximij quidam viri, &(vt ait beatus Paulus) in medio nationis praue luceant ſicut luminaria in mundo ad fidei augmentum, & exhibitionem reuerentiæ ſibi debite, ac eorum propagationem quæ diuinum tangunt honorem, & animarum ſalutem. Vnde certo concludere decet ipſum deum ſemper ita proſpexiſſe conſeruationi ſuæ Eccleſiæ ac fidei, vt omni tempore emicuerint viri ſapientes, & non minus morum integritate, quàm eruditionis ſynceritate præſtabiles: quibus quidem quantum in ipſis erat, ſtudium eſſet nihil vnquam permittere quod vergeret in iacturam fidei vel Eccleſiæ. Ea propter emergẽtibus nouis hæreſib⁹ aliqui ſemper inventi ſunt qui illis fortiter, vt par erat, reſiſterent, tum factis, tum ſcriptis, vt cognitu facile eſt, ſi à principio naſcentis Eccleſiæ ad hoc

Philip. 2.

Omni ſeculo viguerũt viri boni aliqui.

hoc vſque tempus quæ euenerũt, propius intueamur ac reuoluamꝰ ſedulo. Ex quo igitur à fundatione legis Chriſtiane ne vnum quidẽ comperimus ex viris ſanctis ac ſapiẽtibus reclamaſſe huic articulo de animarum in altera vita purgatione: ſed potius cõtra perſpicimus concorditer inſudaſſe omni via vt ita crederetur ab omnibus fidelibus, dubio procul nõ eſt quod nunc de eo ambigere iure poſsimus. Et quanuis aut nemo, aut perq̃ rarus ex antiquis ſcriptoribus Eccleſiaſticis ac doctoribꝰ ſanctis hoc nomen. Purgatorium plane vel aperte expreſſerit: quis tamen inficias ire poſsit quim omnes rẽ ſignificatã ſatis confeſsi ſint, cũ pro fidelibus defunctis orandũ eſſe palã ac publicæ cenſuerint: inſuper eccleſię obſeruationẽ (qua in ſacræ Miſſæ officio fit generalis commemoratio apud deum pro omnibus qui præceſſerunt cum ſigno fidei) vnanimiter approbantes verbo & facto quoad vixerunt, inuiolabiliter ac pie tenuerint.

Sunt præterea ſacrarum ſcripturarum loci prę̃ter ſupra enarratos circa principium huius opuſculi, qui prima facie ſatis conſonent ac faueant credentibus purgatorium: & quidem plures quàm adducant aut adducere poſsint

Thob. 4. aduerſarij, nempe apud Thobiam: Panem tuũ & vinum tuum ſuper ſepulturam iuſti conſti

Iob. 14. tue. apud Iob: Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea, ſed curaſti iniquitatem meam, & paulo ante: Quis mihi hoc tribuat vt ĩ inferno pro-

tegas

tegas me,& abſcondas me donec pertranſeat
furor tuus,& conſtituas mihi tempus in quo
recorderis mei? Et apud Pſalmiſtã: Semel lo- *Pſal.61.*
cutus eſt Deus,duo hæc audiui,quia poteſtas
Dei eſt,& tibi Domine miſericordia: quia tu
reddes vnicuique iuxta opera ſua. Et iterum:
Tranſiuimus per ignem & aquam, & eduxiſti *Pſal.65.*
nos in refrigerium. Et rurſus: Clamauerũt ad *Pſal.106.*
Dominum cum tribularentur, & de neceſsi-
tatibus eorum liberauit eos, & eduxit eos de
tenebris & vmbra mortis, & vincula eorum
diſrupit. Et apud Micheam: Expectabo Deũ *Michea 7.*
ſaluatorem meum, audiuit me Deus meus,ne
læteris inimica mea ſuper me quia cecidi, cõ-
ſurgã. Cum ſedero in tenebris,Dominus lux
mea eſt,iram Domini portabo quoniam pec-
caui ei, donec cauſam meam iudicet, & faciat
iudicium meum,educet me in lucẽ. Et apud
B.Matthæum: Filius enim hominis venturus *Matthei 16.*
eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis, & tũc
reddet vnicuique ſecũdũ opera eius. Et apud
beatũ Marcum:Sinite paruulos venire ad me, *Marc.10.*
& ne prohibueritis eos, taliũ eſt enim regnũ
Dei, Amen dico vobis, quiſquis non recepe-
rit regnum Dei velut paruulus, non intrabit
ad illud. Et apud B.Lucam: Cum autem vadis *Luc.10.*
cum aduerſario tuo ad principem in via da o-
peram liberari ab illo, ne forte trahat te ad iu
dicem, & iudex tradat te exactori, & exactor
mittat te in carcerem: dico tibi, non exies iu-
de donec etiam nouiſsimũ minutum reddas.

Luc.16. Et iterum:Facite vobis amicos de mammona iniquitatis,vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.Et rurſus:Fili,recordare qa recepiſti bona in vita tua,& Lazarus ſi- *Ibidem.* militer mala:nunc autem hic cõſolatur, tu vero cruciaris.Et in Actis Apoſtolorum : Quẽ *Act. 8.* Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni, iuxta quod impoſsibile erat teneri illum ab eo. Et apud B.Ioannem in Apocalypſi,in perſona Domini in hunc modum loquentem: Da- *Apoc.2.* bo vnicuique veſtrum ſecundum opera ſua. *2.Cor.5.* Et apud B.Paulum in poſteriore ad Corinth. Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis prout geſsit, ſiue bonum ſiue malũ. *Philip.2.* Et ad Philippenſes: Propter qũod Deus exaltauit illum,& dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen:vt in nomine Ieſu, omne genu flectatur cœleſtium, terreſtriũ, & infernorũ, *Galat.6* Et ad Galathas:Nolite errare, Deus non irridetur.Quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet.Quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionẽ. Scilicet Deus optimus maximus, iudex eſt cæcus & iniquus (quod abſit)vt abſque vllo diſcrimine, parẽ omnino det requiem & pacẽ ſtatim poſt huius vitæ migrationem omnibus licet Chriſtiano charactere inſignitis, tam videlicet iis qui diutiſsimè ſorduerunt, & quaſi computrauerunt per totam vitam in quibuſuis ſceleribus,licet tandem reſipuerint:quàm aliisqui

omnibus

oĩbuscarere peccatis ſemp in votis habuerũt, & ſi quãdoq; per humanũ errorem lapſi ſunt, dignam è veſtigio pœnitentiam egerunt, ſuáque delicta multis redemerunt eleemoſynis, iuxta cõſilium Danielis & CHRISTI domini, aliíſve ſatisfactionibus debitis. Quod ſi concederemus, quis nõ plane intelligit nos Domino Deo iudicium quoddam cõfuſum, indiſcretum, cæcũ tribuere: vtpote quo abſque vlla quoruncunque admiſſorum diſcrepantia & ſine æqua iuſtitiæ trutina omnes æqualiter tractet fideles, ſiue bona ſiue mala quàmplurima egerint in vita ſua. Non eſt hoc tuum Domine, qui iudicas omnem terram, qui inquam (quemadmodum ait Sapiens) cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia iudicas nos: & iudicas iuſtè (vt inquit Hieremias) Quare tam conſonum eſt, & liquidò apparet optimo cuique iudicio ponere poſt hanc vitam mortalem purgatorium, tanquàm iuſtitiæ diuinæ inſtrumentum: vt nemo ſanę mentis de ipſo habeat dubitare, tum maximè vbi ea de purgatorio fides & ſententia, tot fulcitur ſcripturis, doctoribus, & rationibus. Vnde cum nullus æquanimiter ferat apertam filij rebellionẽ in matrẽ carnalẽ, patẽter cõſtat intolerãda eſſe hæreticorũ repugnantiã, vel cõtradictionẽ aduerſus Eccleſiam matrem ſpiritualẽ quæ ipſos ĩ Chriſto per baptiſmũ regenerauit: & eo quidem minus ferenda eſt iſtorum rebellio,

Daniel.4. & Luc.11.

Gen.18.

Sapien.12.

Hiere.11.

quo magis eſt irrationabilis & iniurioſa. Quã to enim ſpiritualia ſenſibilibus atque corporalibus præſtant, vel quanto animæ corporibus ſunt longe meliores, tanto plus tenemur Eccleſiæ, noſtræ omnium matri ſanctiſsimæ: quod hinc liquet, quoniam vix vnquam continget vt pro carnali parente deuinciantur liberi temporalem ſubire mortẽ: pro Eccleſia autem quis Chriſtianorum inficiari audebit, quin aſtringatur, & tẽporalia bona, & ipſum adeò ſanguinẽ profundere, ac vitam? quoquidem liquet abunde nos debere multo pluris facere Eccleſiã eiuſque religionem, quàm parentes noſtros carnales, ac proinde conſequitur grauius eos peccare, qui ipſi Eccleſiæ, vel in minimis peruicacius reluctãtur: præſertim qui plus proterue ac manifeſtè obſtinationis habent, quàm apparẽtis cauſæ, vel ſufficientis rationis. Quid aliud, queſo, q̃ crudelitatẽ pariter & impietatẽ ſpirant iſti fidelium defunctorũ hoſtes infenſiſsimi? q in purgatorio detentis non ſinunt pia viuorum opera ſuccurrere. quamuis enim charitatem in ore frequẽtiſsimè habeant: omne tamẽ pietatis ſubſidiũ ac commiſerationis affectum & effectum pertinaciter prohibent, dum à viuentibus per opera charitatis ſubuenire mortuis vetant. Sed oſtendant iſti ſi poſsint, nunquàm autem poterant, oſtendant inquam, vel in Euangelio, vel in aliis voluminibus ſacris & diuinitus inſpiratis negari purgatorium: qui nihil credũt. nihil-

Pluris faciẽda Eccleſia et fides eius, q̃ parentes carnales.

nihilque aſſerere volũt, vt nugaciter iactitãt, niſi quod diuinis libris aſtruitur & manifeſtè exprimitur. Si autem purgatorio poſt hãc vitam ſtatuendo magis faueant ſcripturæ Spiritu dei afflatæ, quid cauſæ ſit, cur non acquieſcant ipſis, ſuſpicari non valeo, niſi quòd non tam amant ſuis inquiſitionibus Catholicã veritatem aſſequi, quàm per obſtinatam peruicaciam, & inanem gloriam, victores videri nimis affectãt: quorum nihil prorſus intereſt licet diuerſa aut pugnantia ſæpius replicẽt, modo ad vnius religionis Eccleſiaſticę expugnationem conſpirẽt. Vſque adeò omnes tumẽt, omnes ſcientiam pollicentur vt Tertullianus refert, viri iuxta ac mulierculæ, prius perfecti quàm edocti, quibus præcipuum eſt negociũ non emendandi aut rectè inſtituendi imprudentiores: ſed noſtros euertendi. Hanc magis gloriam captant, ſi ſtantibus ruinam, quàm ſi iacentibus erectionem procurẽt. Sed vtinam melius attenderent ſe apud Chriſti tribunal ſtaturos, ac rationem exactam reddituros, in primis ipſius fidei, quã à Chriſto virgine virginem traditam hæretico ſtuprare adulterio minime verentur.

Tertullius de præſcriptionibus aduerſus hæreticos.

Cum iam nobis aſtipulẽtur omnia, & pro noſtra ſtent parte ſcripturarum diuinitus traditarum authoritates, ſanctorum doctorum ſententiæ, concilia, canones põtificum, & decreta Eccleſiaſtici ſcriptores, quos vocitamus ſcolaſticos, ac non pauci alii non minus docti,

Quàm multi fauent aſſertioni de purgatorio.

quàm pii, Eccleſiæ catholicæ filii, ex Gallia, Italia, Germania, Hiſpania, Portugalia, Anglia, qui purgatorium probe aſſeruerunt: inſuper & vnanimis Eccleſiæ catholicæ cõſenſus, & multis ab annis pulchre approbata conſuetudo. Ad hæc & Apoſtolica traditio, & rationes ad aſtruendum purgatorium ſufficientes pro noſtra ſententia militent: quis iam debeat contradicere huic articulo? Nemo opinor, niſi pro impudentiſsimo obſtinatiſsimoque, ac proinde maximo hæretico, vel hæreſeos ſupramodũ ſuſpecto haberi velit. Quas ob res confirmamini omnes, qui hactenus catholici permanſiſtis: ſi qui vero ſunt qui deuiarunt, in rectam ex animo redeant viam, & ſanam apprehendant doctrinam, vt nobiſcum ſaluentur, Eccleſiam fidelium omniũ matrem communem amplectẽtes: ita nos Deus amet, O pii Chriſtiani non veſtra, ſed ſi dicere audemus
2.Cor.13. cum B. Paulo) vos ipſos quærimus. Iam ſum per Dei gratiam aliquantulum prouectæ ætatis, nec multo diutius nobis ſuperuiuendum arbitramur, ſenes enim diu viuere nõ poſſunt: vnde non immemores quòd mors ſit nobis in foribus, pro tantillo temporis quod reſtat, non eſt (coram Deo loquimur) quod quendã circumuenire affectemus cuiuſlibet boni temporalis gratia. Si Balaam ariolus & magus, dei
Numeri 22. nihilominus timore ac religione perculſus, nõ potuit vllo auri argentíve precio adduci, vt verbum domini immutaret: quanto minus
faſ

faſ eſt,vt nos diuina veritate imbuti, falſitatem agnitã probemus & ꝑdicemus? Nos inq̃, in ſenium vrgentes,& qui propediẽ, velimus nolimus,rationem Deo cenſori iuſtiſsimo de omnibus reddituri ſumus. Confidimus autẽ in Domino,quòd in nullo vnquàm à veritate Chriſtiana variabimus: non enim vt cum bono Eleazaro dicam, ætati noſtræ dignum eſt *2.Machab. 6.* fingere,ne per hoc maculam atq; execrationem noſtræ ſenectuti conquiramus: & fidem catholicã ſimulatione aliqua vel minima falſitate labefactemus.Nam etſi in præſenti tempore,falſa cõtra fidẽ comminiſcẽdo nõnullis placuerimus hominibus, ſed iis qui non ſunt catholici,manũ omnipotẽtis Dei nec viui nec defuncti effugiem⁹. Quapropter obteſtor vos atq; obſecro,ita vobis perſuadeatis.quòd nihil aliud enunciamus, q̃ quod animo ſyncero ſentimus & ſcimus orthodoxæ veritati congruere.Nec enim odio cuiuſq̃,nec libidine redarguẽdi aut vincẽdi alios,deus teſtis eſt, hæc ſcribim⁹:ſed bona ſynceráq; Chriſtianæ mẽtis intentione,vt proſimus,ſi non multis, ſaltem nonnullis.Quid, quæſo, nobis proderit pluſq̃ cæteris,ſi forte vicerimus.Satis quidem felicitérq; ac tẽpeſtiuè vicerim⁹ omnes, ſi ſtatim veritas ipſa vbiq; victrix euaſerit: quæ q̃libet renitamur,& velim⁹ nolim⁹ tandẽ vícet. Itaq; nemo vnq̃ tam debet conari vt ſuperet aut victor appareat, q̃ vt bonis ſtudiis ſuis veritatem aſſequatur: cui nos conformando

hoc opuſculum aggreſsi ſumus, ſancto duntaxat amore fidei tutandæ, & religionis Chriſtianæ in ſua integritate, ſecundum tenuitaté noſtram ſeruandæ: in cuiuſquidé fidei defenſionem toti incumbere debemus, vtpote quá poſt Deum cæteris anteferre obſtringimur.

Itaque vt decet veros Chriſtianos, perſeueremus cum Eccleſia matre noſtra orthodoxa, in cuius fide ſaluari poſſumus, & extra quá ſi reperiamur, indubitáter peribimus, non ſecus ac omnes extra arcam Noe in cataclíſmo
Gen.7. ad vnum interierunt. Tantiſper ſiquidem ad portú ſalutis peruenire quimus, donec in Petri nauicula ſumus: ſi ex ipſa quouis modo elapſi naufragium facimus, protinus actú eſt de nobis, niſi forſan incunctanter ſecundam tabulam, quæ eſt pœnitentia, arripiamus, & eidem firmiter adhæreamus: ij autem ad vnum è nauicula Petri pro indubitato excutiuntur, quicunq; à Romana Eccleſia deficiunt, cuius ipſe B. Apoſtol⁹ Petrus, ac ei⁹ ſucceſſores Romani pontifices, regimé à chriſto ſortiti ſunt.

Studeamus igitur & enitamur potius, vt recte imitantes matrem noſtram Eccleſiá indeuiabilem, mortuis proſimus, ſalutares in altari preces ſæpius fundendo, & alia quæuis opera ſancta frequentádo: quàm falſis opinionibus & ſectis reprobatis adhærentes, amicis noſtris vita pręſenti defunctis in vllo deſim⁹. Quam ob ré pro illis digne offeramus ſacroſanctam Euchariſtiam in ſacrificio altaris per manus

manus ſacerdotum catholicorum,ac deuotas obſecrationes,& orationes tum priuatas,tum publicas, ſiue orationem dominicam, ac angelicam ſalutationem, ſiue pſalmodias, horas canonicas, & alias quas Eccleſia pro eiiſdem mortuis fidelibus dicendas rite inſtituit. Offeramus inſuper panem & vinum iuxta pium ſenioris Thobiæ conſilium, filio ſuo in hunc modum inquientis: Panem tuum, & vinum tuum ſuper ſepulturam iuſti conſtituæ. Non quidem eo animo,quo velimus, aut putemus ipſos defunctos vllis indigere cibis corporalibus:ſed in redemptionem eorum, paſcamus & potemus pauperes Chriſti,& quod in templis vel aliis in locis ſacris ponitur, Eccleſiæ miniſtris in ſuſtentationem exhibeamus:quatinus meliorem mortuorum memoriam in ſuis precibus habeant,ac inſtantiorem faciant commemorationem, nec non & pro iiſdem diuinam clementiam frequentius implorent. Offeramus & cæreos,Candelas, faces, oleum, thura:ad dei ampliorem cultum, & honorificentiorem Eccleſiarum ornatum, circa altare, circa pheretrum, circa tumulos, vice defunctorum: profitentes Chriſtum dominum eſſe verum lumen & æternum, ac imprimis cum patre & ſpirituſancto adorandum: eiuſdemque fidem eſſe ſanctum lumen Chriſtianorum,non ſolum Viuorum,ſed etiam mortuorum cum charitate viam vniuerſæ carnis ingreſſorum. Offeramus & pecuniam, ſecuti

Thob. 4.

Cerei, faces & huiuſmodi p d. fũctis offerantur.

laudabile

2.Mach.12. laudabile ac religioſum Iudæ Machabæi factum, multa dragmarum milia Hieroſolymitano templo offerentis pro mortuis: item & ornamenta, vel ad ſuſtentandos altaris & templorum miniſtros, vel ad templa ipſa altariáque ornanda, referentes omnia in diuinum cultum, piam religionem, manifeſtamque fidei ac reſurrectionis proteſtationem. Spargamus quoq; aquam benedictam ſuper tumulos defunctorum, tum ad fugandos dæmones, ne orationes fidelium impediant, aut corporibus illudant: tum ad refrigerium animabus impetrandum à deo, in vim deuotionis ac pie affectionis noſtræ: quod ipſa aqua benedicta ſatis ſignificat, dum ex natura ſua ardorem etiam corporalem extinguit, vel imminuit: ignem enim ardentem extinguit aqua, ac proinde ex vi conſecrationis ſeu benedictionis, in virtute fidei coniuncte, ſpirituale quoque incendium mitigat, quoties à Chriſtianis fideliter ac religioſe inſpergitur. Pulſentur campane in tẽplis, quæ ſunt veluti exclamatorie voces defunctorum, ad digna ſibi officia exhibenda opem noſtram implorantium: perinde ac dicerent: Miſeremini mei ſaltem vos amici mei. Quæ quidẽ & ſonitu ſuo atteſtâtur defunctos nequaquàm periiſſe, ſed in domino obdormire, in ſecũdo aduentu reſurrecturos. Offeramus & ieiunia carnẽ affligentes, quibus & adiũgamus veſtiũ aſperitates & luctuoſos colores cõpaſsionis indices: ſanctas

Aqua benedicta prodeſt defunctis.

Eccleſ. 3.

Iob. 19.

ctas inſuper peregrinationes & quæcunq; cor
pus atterũt aut macerãt, huiuſmodi enim ope-
ra pœnalia debite peracta, ſunt proculdubio
ſatisfactoria. Multiplicem⁹ eleemoſynas, quæ
purgant peccata, & faciunt venire in vitã æter
nam (vt ait Raphael angelus ipſi Thobiæ) & Thob. 12.
quibus peccata redimũtur, teſte Daniele, nec Dan. 4.
tantum ex pio dantiũ affectu, ſed etiam ex pau
perum recipientium interceſsionibus ac ſuf-
fragiis. Vniuerſa enim opera charitatis, ac pij
affectus re vera ſuffragari poſſunt mortuis,
quorũ vice à fidelibus hic degẽtibus exhibẽ-
tur: præterq̃ quòd per huiuſmodi omnia ſan-
cta opera deus ipſe glorificatur, vnde nõ parũ
inuitari debemus ad ea in dies magis frequen-
tanda. Ne igitur per noſtrã negligentiã cõmit
tamus vt amici noſtri defuncti iuſtã de nobis
quærelã habeant, quibus quidẽ multis nomi-
nibus aſtringimur: tum quòd vitam noſtram
eis poſt deum acceptam ferre debemus, tum
quòd ab ipſis Chriſtianæ ſumus inſtituti, tũ
quòd ipſorum heredes poſsidemus bona tem
poralia, & promoti ſumus, alij ad Eccleſiaſtica
beneficia, alij ad ciuiles magiſtrat⁹ & ampliſsi-
mos honores, alij ad munia honeſta: vnde niſi
per nos ſteterit honeſtam quoque viuere vi-
tam facile poſſumus. Caueãt imprimis hære-
des, & teſtamentorũ executores, ne ſurdas ha-
beant aures ad ſuſpirabundas mortuorũ vo-
ces de pœnis in purgatorio iterum iterumq́ue
replicãtium illud beati Iob: Miſeremini mei,
miſere-

Iob.19. miſeremini mei,ſaltē vos amici mei, quia manus domini tetigit me. Quare perſequimini me ſicut deus,& carnib⁹ meis ſaturamini? Vere enim heredes, & quicunque teſtamentorū prouinciam ſuſceperunt,ſi officio ſuo deſint, velut perſequuntur defunctos, carnibuſque eorum ſaturantur, dum abutūtur relictis ſibi diuitiis:& debita pietatis ſuffragia vel diutius differunt ac procraſtinant, vel remiſsius impendunt. Tales quoque infideliter agunt, ac grauiſsimè peccant:quia nec fidem amicis defunctis ſeruant,nec quod facile poſſent, à pœnis moleſtiſsimis acerbiſsimíſque liberant in purgatorio diu noctuq́ue cruciatos: vnde & aduerſus charitatem committere clariſsimū eſt. E diuerſo autem apud dominum merentur plurimum, qui ex charitate pro facultatibus ſatagunt mortuos ſubleuare, ac proinde bono iure beati miſericordes dici poſſunt, vt
Matth.5. qui miſericordiam impertientes aliis, miſericordiam quoque conſequuturi ſint, adeo
2.Cor.1. patre miſericordiarum, & deo totius conſolationis. Præſtemus igitur ſedulo miſericordiam ſpiritibus parentum,amicorumq́ue detentis in ergaſtulo purgationis grauiſsime: ſi enim miſericordia omnibus gratiſsima eſt, & multis neceſſaria, quāto magis accepta erit ac vtilis parentibus noſtris, aliis ve charis in tanto conſtitutis cruciatu, à quo per ſe nequeūt alleuari? Si vix quicquā tam cōmendat Chriſtianum, quàm miſeratio charitatis: quomodo

do boni Chriſtiani debent iudicari, qui ſuis vita hac functis miſericorditer opitulari faſtidiunt? Qui autem nullam patiuntur à viuis miſericordiam exhibere mortuis, vt ſunt hac miſeranda tempeſtate ij qui purgatorium negant, & qui pia viuẽtium opera defunctis nequaquã auxiliari pertinacius aſſerunt, hi profecto tyrannis crudeliores, & immitiores Phalaride habendi ſunt: quippe qui totius cõpaſſionis expertes, ægerrime ferunt ſubſidium aliquod à nobis impendi iis à quibus nihil vnquàm læſi ſunt, qui potius multi defunctorũ de iſtis purgatorij oppugnatorib⁹ bene meriti ſunt. Non attendũt iſti ſiquid patitur vnũ membrum quomodo (vt ait diuinus Apoſtolus) compatiantur omnia membra, quod & natura ipſa duce agnoſcere debuerant. Nõne igitur ęquiſsimum eſt, vt mutuo ſe iuuent, cum alterutro egent quicunque ſunt de corpore Eccleſiæ? Quamlibet enim languidũ ſit membrum corporale, nihilominus tantiſper donec in eodem remanet corpore, ab aliis iuuari poteſt: quare æque, vel magis cõſentaneũ erit, vt & fidelibus in gratia æmigrantibus, & in purgatorium ad pœnam debitam exoluendam tranſeuntibus, ſuppetias feramus, qui nobiſcum ſunt adhuc de myſtico Eccleſiæ corpore ob cõmunem fidem & charitatem. Itaq; iſtos inhumaniores auerſando, ſequamur per omnia Eccleſiam catholicam, quæ erga Chriſtianos dormientes in Chriſto, officioſiſsima eſt:

1. Cor. 12.

eſt, cum in minoribus ſuffragiis eccleſiaſticis, tum in maioribus: vt in ſanctis Miſsis, priuatis pariter & publicis, in quibus nunquã non pie præcatur pacem & requiẽ defunctis. Quos & ſepeliamus decenter, implẽtes quod ſcribitur ab Eccleſiaſtico: Mortuo non prohibeas gratiam, vt dignam laudem apud deũ & homines mereamur. Nã & viri Iabes Galaad mãdantes ſepulture Saulem, laudari meruerunt, quibus miſit nuncios Dauid: Benedicti, inquiens, vos à domino, qui feciſtis miſericordiã hanc cum domino veſtro Saul, & ſepeliſtis eum, & nũc retribuet vobis dominus miſericordiã & veritatem. Sed & ego reddam gratiam, eo quod feciſtis verbum iſtud. Thobias quoque mortuos fratres ſuos inhumãdo, gratiam meritus apud deum, aúdiit à Raphaele: Quando orabas cũ lachrymis, & ſepeliebas mortuos tuos, & derelinquebas prãdium tuum, & mortuos abſcondebas per diem in domo tua, & nocte ſepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam domino. In euangelica etiam lucet curauerũt beatum Stephanum, ab impiis Iudæis pro Chriſto lapidibus obrutum viri timorati, & fecerunt planctum magnum ſuper eum, inter quoſquidem viros timoratos fuit Gamaliel ille, magnus legis doctor Iudæorum, vt habetur in hiſtoria de inuentione corporis eiuſdẽ beati Stephani prothomartyris. Quanquam autem planctum iſtum factum intelligere poſſumus pro more Iudæorum, vt legere

Sepultura mortuis digna adhibeatur.

Eccli.7.

2.Reg.2.

Thob.12.

Act.8.

re eſt in Geneſi de morte Iacob, & in Nume- *Gen.vlt.*
ris de Aaron & Mariæ ſororis eius obitu, & *Num.20.*
in Deuteronomio de morte Moyſi: Et tamē *Deut.vlt.* *Ad Paulā ſu*
Hieronymus aliter interpretatur, dicens. non *per obitu Ble-*
in plangentium exanimatione: ſed in pompa *ſillæ filiæ.*
funeris & exequiarum frequentia intelligendum eſſe. Et commendantur quoque duo illi diſcipuli domini Ieſu, licet ob metum Iudæorum prius occulti, Ioſeph ab Arimathia, *Ioan.19.*
& Nicodemus homo ex phariſęis, princeps Iu *Ioan.3.*
dæorum: quòd honorificētiſsime ſepelierint corpus ſacratiſsimū noſtri redemptoris, ſicut *Ioan.19.*
mos erat Iudæis ſepelire. Quibuſquidem verbis poſterioribus, teſte beato Auguſtino, ad- *Augu. tract.*
monemur in his officiis funebribus morem *120.ī Ioāně.*
cuiuſque gentis ſeruare: ſi modo nihil pie religioni contrarium in huiuſmodi fiat ab iis, quos imitari cupimus inhumando noſtros mortuos. Cum autem brurorū cadauera, quæ nobis in eſum non cedunt, prorſus abiiciantur & relinquantur inſepulta omnia: Chriſtiani ſupremum ſepulturæ honorem ſuis diligentius tribuunt, in teſtimonium noſtræ omniū reſurrectionis certo future: & eo quoque magis hoc debent fideles exequi, quòd probe intelligunt, & à B. Paulo edocti indubi *1.Cor.6.*
tanter credunt Chriſtianorum corpora fuiſſe ſpirituſſancti tēpla viua, vnde nō paruā faciūt iniuriā ſpiritui ſancto, qui cadauera Chriſtianorū polluunt, quaſi prophanātes vera ipſius

dei

dei optimi maximi templa. Ea propter Thobias ille ſenior maiorum ſuorum ſanctorũ patriarcharum veſtigia pie ſecutus, putãs multo ante quam acciderit, ſe humanis vale facturũ, filio ſuo Thobiæ iuniori præcepit, dicẽs: Cũ,
Thob.4. inquit, acceperit deus animam meam, corpus meum ſepeli, quod executioni non indiligenter poſtea de mãdatum eſt. Nam ipſe completis centum duobus annis ſepultus eſt honori-
Thob.14. fice in Niniue. Quãuis ergo nihil proſit ĩpio ſepultura precioſa, nec obſit pio vilis aut nulla, præſertim ſi cadauera tãtum attendas, quibus nullus ineſt ſenſus: ſatagere tamen debẽt Chriſtiani ne inſepulta iaceant corpora defunctorum, tum maxime iuſtorum atque fi-
Augu.1.de ciuit.dei ca.13. delium, quibus tãquàm organis & vaſis ex B. Auguſtino, ad omnia opera bona ſanctus vſus eſt ſpiritus. Iſta igitur pietas omnibus impendenda eſt, niſi forte aliter deo viſum ſit, aut poteſtatibus ſecularibus in punitionem malorũ, ac terrorem aliorum: vt fere fit in latronibus, homicidis, hęreticis, & iſtiuſmodi hominibus nephariis. Hinc legimus dominum vel per ſe, vel per ſuos prophetas in veteri lege comminatum eſſe quibuſdã, tanquàm pro pœna non contemnenda, quòd abiicerentur inſepulti: vt de Iezabel prædixit vnus de filiis prophetarũ
4.Reg.9. ipſi Iehu, quòd eam comederẽt canes in agro Ieſrael, nec eſſet qui ſepeliret eam. Et de pſeu-
Hiere.14. doprophetis eorum ve imitatoribus ait dominus apud Hieremiã: In gladio & fame con-

ſumentur

ſumẽtur Prophetæ illi, & populi quibus prophetauerunt, erunt proiecti in viis Hieruſalẽ præ fame & gladio, & nõ erit qui ſepeliat eos. Et iterum: Mortibus ægrotantium morientur, & non plangentur, & non ſepelientur, in ſterquilinium ſuper faciem terræ erũt. Et gladio & fame conſumentur, & erit cadauer eorum in eſcam volatilibus cœli & beſtiis terræ, Hæc enim dicit Dominus. Et de Ioachim filio Ioſiæ, rege Iuda: Non plangent eum, væ frater, & væ ſoror, non concrepabunt ei: væ domine, & væ inclyte. Sepultura aſini ſepelietur, putrefactus & proiectus extra portas Hieruſalem. Et de Iaſone ſcribitur in libris Machabęorũ immaniſsimo patrię ciuiúmq; ſuorum hoſte: quòd ipſe & illamẽtatus, & ad extremum abiectus ſit inſepultus, & ſepultura neque peregrina vſus, neq; patrio ſepulchro. Audiat ergo vnuſquiſq; noſtrum ita loquẽtem Eccleſiaſticum: Fili in mortuum produc lachrymas, & quaſi dira paſſus incipe plorare, & ſecundum iudicium contege corpus illius, & non deſpicias ſepulturam illius. Secundum inquam iudicium, hoc eſt, cum bona diſcretione ac omni honeſtate, ſecundum morẽ patriæ, & merita defuncti, corpus illius ſepeli.

Hiere.16. *Hiere.22.* *2.Mach.5.* *Eccleſiaſtici 38.*

Curare ergo poſſunt & citra vllã reprehenſionem, præſertim potẽtes ac nobiles, pro ſuis quique facultatibus & cõditione vel ampliore vel nobiliore, honorifica & eminentia ſuis parentibus, conſanguineis, amicis cõdita

Magnifica ſepulchra non prohibenda.

ſepulchra: non quidem ad vanam & inanem mundi gloriam, ſed ad dignam ſuorũ memoriam: tum in cœmiteriis, tum in tẽplis, aliíſve locis religioſè conſecratis, aut diuis aliquibus ſecundum Deum dedicatis. Quando eñ vel recolunt ſuperſtites, vel frequentant loca vbi ſunt poſita eorum quos diligũt, corpora, excitantur vt ipſos commendent ipſis diuis, apud quos inhumantur, tanquàm patronis apud dominum Deum per preces ſuas ſuffragaturis. Ob id bona de cauſa, multis in locis ſuper mortuorũ ſepulchra erigunt̃ cruces inſignes, quibus moneãtur illac prætereũtes pij Chriſtiani, fundere preces ad Dominũ pro ipſis defunctis: quod vtique cedit in Dei optimi maximi honorem, ſanctorumq́ue eius laudem, ac mortuorum vtilitatem. Quod ipſum digne animaduertẽtes tũ patriarchæ aliíque viri boni in lege antiqua, tum in Euangelica luce religioſi Chriſtiani, ſepulchrales memorias ſuis fieri accurate mandarunt: nobis relinquentes bona exempla monumẽtorũ noſtris neceſſariis ſimiliter conſtruendorum. Hinc legimus Abraham ſollicitè ſepeliſſe vxorẽ ſuam Saram in ſpelunça agri duplici, quæ reſpiciebat Mambræ in Ebron in terra Chanaam, vbi & ipſe quoque poſteà inhumatus eſt, cũ aliquot ex ſucceſſoribus, horumq́ue coniugibus. Iacob autem Debboram nutricẽ Rebeccę matris ſuæ ad radices Bethel condidit ſubter

Cruces ſuper mortuorum tumulos.

Gene. 23.

Gene. 25. & 49.

Gene. 35.

ter quercum, vocatumq́ue eſt nomen loci illius, quercus fletus, idq́ue in diuturniorem defunctæ memoriam. Rachel verò vxor, ab eodem ſepulta eſt in via quæ ducit Effratam, *Gene.35.* cui & erexit titulum ipſe Iacob ſuper tumulum eius. Simon quoque Machabæus ædificauit *1.Machab.13.* ſuper ſepulchrum patris ſui, & fratrum, ædificium altum viſu, lapide polito retro & ante, & ſtatuit ſeptem pyramidas, vnam contra vnam patri & matri, & quatuor fratribus. Et his circumpoſuit columnas magnas, & ſuper columnas arma ad memoriam æternam: & iuxta arma naues ſculptas quæ videntur ab hominibus nauigantibus mare. hoc eſt ſepulchrum, quod fecit in Modin vſque in hunc diem. Ad cuius exemplum memorabile ſimul ac laudabile multi Chriſtianorum nobilium ita ſepeliuntur, vt in lateribus templorum circunquaque habeant affixa arma ſua, vexilla, galeas, thoracas, enſes, calcaria, & alia id genus inſtrumenta militaria. Nec facile debent omnino culpari ſumptus magni circa huiuſmodi facti, potiſsimum ſi adſit bona intentio, & non vana: cum ſint iſta ad honorē Chriſtianiſmi, & in recordationē defunctorum, vt ſæpius oretus pro ipſis: vtque poſteri inuitētur ad Chriſtianæ ſtudioſoque viuēdum claris ſuorum imaginibus excitati, & animati ad virtutē. Vel vt intelligant nulla quamlibet excellentia nobilitatis aut virtutis

Nō ſtatim culpandum dū quod arma nobiliū affigantur tēplis.

bellicæ inſignia potuiſſe à morte vĩdicare maiores ſuos: quare nec ipſi fidant ſimilibus, ſed potius à Deo toti pendeant, ſibíque per omnia ſpiritualiter cõſulant: ac dum adhuc ſunt in viuis, ipſius mortis recordentur, cuius crebriori contemplatione à multis retrahantur viciis. Nec enim vllus eſt efficacior ſtimu lus ad bene viuendum, aut maius retinaculum à peccando, quàm iugis conſideratio mortis, iuxta quod Philoſophia ſumma eſſe dicitur meditatio mortis aſsidua, quare & Eccleſiaſticus in noſtris omnibus operibus iure vult nos memorari nouiſsima noſtra, ne in æternũ peccemus. Eam ob rem (vt inquit B. Ioannes Chryſoſtomus) Deus vbique ſepulchra fieri voluit, vt illis noſtræ ipſorũ infirmitatis memores fieremus. Ideò omnis ciuitas, omne caſtellum ante ingreſſum ſepulchra habet: Vt contendens intra ciuitatem quæ imperat, & floret diuitiis, & potentatu, aliíſque dignitatibus, priuſquam videt quod ſecum cõcipit, videat primum quod ſit. Vbique ante oculos noſtræ humilitatis ſchola: & docemur in qđ deſinamus tandem, & videmus qualia futura ſint phantaſmata: & ſic memores mortis vbique inſidiantis omnibus, peccare ceſſemus aliquãdo. Adeuntes enim loca ſepulchrorum (quæ ob memoriam mortis rite appellantur monumenta, quaſi mentes humanas monentia quid potiſsimum attendere debeant ad ſalutem ſpiritualem) velut imus ad domum luctus:

Eccli. 11.

In ſermone de fide, lege natura & ſpiritu ſancto

ctus: quo haud dubie multo melius eſt ire vt teſtis eſt ſapientiſsimus Salomon, quã ad domum cõuiuii: in illa enim finis cunctorum admonetur hominum,& viuens homo cogitat quid futurum ſit: in domo autem conuiuii,quid aliud quàm inebriamur vino? ĩ quo eſt luxuria,& ventres mero æſtuant, vnde facile deſpumant in libidinem,vt ait B. Hieronymus.In domo vero luctus, voluptates, velimus nolimus,reprimuntur, frigeſcunt,intereunt,In domo conuiuii frequentantur deliciæ, crapula, ebrietas, choreæ, cymbala, timpanorum ſonitus,inſania,furor,dementia, rixæ,cedes:ad hæc turpia verba, riſus incompoſitiores membrorum extenſiones,accubationéſq;,greſſus inhoneſti, geſtus ſtultitiam præ ſe ferentes,ridicula omnia. Inſanit tunc natura,prɇſentes pro hominibus bruta fiunt,&alii quidem vt ɇqui ad vxorem proximi hinniũt, vt ait Hieremias, alii vero vt aſini calcitrant, alii autem vt leones rugiunt, aut vt canes oblatrant, aut vino obruti profundo dormiunt ſomno vt porci,aut vt ſimiæ ioculantur ineptiẽtes, aut alia committendo, nullũ omnino modum ſeruãt.Magna ibi cõfuſio, diſſolutio magna,nihil maturũ,generoſum nihil,ingens diaboli põpa, cãtica ſcortationũ & adulteriorũm plena,mala tẽporis inſumptio, dierũ noctiúmq; expẽſio inutilis,cõcupiſcentiarũ præparatio, meditatio libidinis, mechie gymnaſiũ,intẽperãtiæ ſchola,adhortatio turpidinis,

Eccleſ.7.

Ephe.5

In conuiuiis quæ fieri ſoleant.

Hiere.5.

In domo luctus quàm diuerſa fiant.

omnis fœditatis exempla. In domo autem luctus non ita, ſed contraria oĩa, oĩa enim ibi bene decenterq́ue compoſita. Siquidem altũ ſilentium, quies magna, prægrandis ſubmiſsio, nihil abſque moderatione, nihil incompoſitum, omnia philoſophiæ referta. Siquis aliquid loquitur, id omne philoſophicum erit, & hoc profecto mirum, quod per totum illud tempus quo interſumus luctui, non tnatũ viri ſapientia inſignes, verum etiam ipſæ mulierculæ, & inferiores domeſtici philoſophantur omnes, talis eſt enim natura luctus. Hi cõſolantur lugentes, & plurima ſapientium placita refricant, iſti miſeram mortalium conditionem magis deplorãdam oſtendunt, quàm vel minimũ ferendam aut affectãdam. Hinc fit vt qui antea opibus ſupramodũ inhiabat, qui valde inflabatur & vix ſinebat vulgarem ſibi colloqui hominem, modeſtior effectus ſapere incipiat: & quaſi igni quodam in eius animam illapſo, nécnon & metu ſimulátque triſtitia duritiem mollīēte, terrena omnia pro nihilo ducat, inconſtantem rerum viciſsitudinem ad plenum deprehendens alieno malo prudentior factus. Quando quidem ceu pædagogus puero metus aſsidens componit hominem ad omnia quæ oportet, tum vero metus mortis qui luctui coniungi ſolitus eſt: vnde & humanæ naturæ infirmitatẽ agnoſcim⁹, & vitã hominis bulla fragiliorem, oĩaq; præſentia quaſi nihil eſſe plane perſpicimus, & exclamare

clamare

clamare cogimur cum Eccleſiaſte: Vanitas va *Ecclés.1.*
nitatum,& omnia vanitas.Et iterũ: Vidi quæ *Ibidem.*
fiunt cuncta ſub Sole,& ecce vniuerſa vanitas.
In domo igitur conuiuii dementia: in luctus
domo modeſtia naſcitur. Hic timor ad omnem nos virtutem deducens:illic obliuio noſtri,torpor, vicium omne. Domus lugentis inuenitur plena philoſophiæ: domus autem conuiuii plena ſtultitiæ, & improbitatis. In hoc ſcurrilitas, vana gloria, voluptas, deliciarum refocillatio valde propenſos ad peccandum habens impetus, & alia quæuis indecentia:in illa,frugalitas,moderatio omnis, atque perfecta à quibuſcunque illicitis exemptio,veráq; libertas,vt merito dicamus quod
habet Eccleſiaſtes: Cor ſapientium vbi tri- *Ecclés.7.*
ſtitia eſt,& cor ſtultorum, vbi lætitia.

Ecce ſaltem quid proſint ſepulchra,quæ domos luctus apprimè referunt, & pias Chri
ſtianorum mentes excitant ad deprecandum *Eſaie.46.*
pro mortuis,præterquàm quod ad cor redire faciunt præuaricatores. & ad Deum reuerti mortales impellunt. Quapropter multi nobiles Chriſtiani, principes, reges, antiquorum patrum in lege Moſaica clarorum, imi-
tati veſtigia ſiquidem libri Paralipomenon *2.Paralipom.*
meminerunt regalium ſepulchrorum ac mã- *25.& 26.*
ſolæorum) pro maiori parte ſimul inhumari curant certis in locis ſacris, ad hoc præcipue electis: quod videre eſt cum per vniuerſum pene orbem Chriſtianum,tum apud cele

berrimum diui Dionyſii cœnobium in Francia, vbi communis omnium fere Chriſtianiſſimorũ ditionis Gallicanæ regum ſepultura eſt nobiliſsima iuxta ac ſanctiſsima. Quæ omnia abunde teſtantur atque declarant, quanta commendatione ſit digna vetus catholicæ Eccleſiæ obſeruatio, qua & mortuis cõſtruuntur ſepulchra, & cruces eriguntur, & pia impenduntur ſuffragia, Rurſus ex præmiſsis pſpicuum euadit, quàm ſint intolerandi, ac iure vituperandi & reprimendi, quicunque cõtra ſentiunt, aut vllo modo defunctis ſubtrahere conantur ea quibus in altero ſæculo adiuuari queunt. Quibus æqua lance perpenſis, fortiores euadere debent omnes boni Chriſtiani aduerſus quaſcunque hæreſes vndecũque inſurgentes. Ad vos itaque ô veri Eccleſiæ filii, quos obſecro, vt ſtetis conſtantes in fide catholica, quam à veſtra regeneratione baptiſmali ad hanc vſque horam tenuiſtis: & quam illo ex tempore habere cœpiſtis, eã ſollicitè nutriatis, quatinus ita creſcat in vobis, vt iam non ſitis paruuli fluctuantes, aut circũferamini omni vẽto doctrinæ in nequitia hominum in aſtutia ad circumuentionem erroris. Nec vos decipiant fallaces verſipelléſque hæretici, aut alij mali Chriſtiani: tantoquidẽ nocentiores, quãto magis familiares inimici: qui vafre ſeducendo magis vos perſequũtur, quàm ſi apertè oppugnárẽt, iuxta id quod diuinus Apoſtolus luſiũ Hiſmaelis cum Iſaac, voca-

Sepultura regum Frãciæ.

Ephe. 4.

Gene. 16.

vocauit perſecutionem, & tamen expreſſam afflictionem qua Agar ancillam Sara domina affecit, perſecutionem non vocauit. Nec miremini vos optimi quiq;, nihilominus malis circundari: hoc enim eſt quod atteſtatur vox ſponſi in canticis: ſicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias, ex quo ſiquidem ait, inter filias, non autem inter extraneas, id inſinuauit quod idem ſponſus Chriſtus alibi inquit: inimici hoīs domeſtici eius. Qui nāque ante ſuſceptam Chriſti fidem longe erant, & hoſpites & aduenæ: poſt eius ſuſceptionem facti ſunt prope in ſanguine Chriſti, & ciues ſanctorum, & domeſtici dei: quanuis in eo quod non recte ambulant, degenerent à bono tritico in zizania: & permittuntur quidē nūc creſcere vſque ad meſſem, ſed tamen tunc colligentur & alligabuntur in faſciculos ad cōburendum. In cōſummatione enim ſeculi dominus habens ventilabrum in manu ſua, permundabit aream ſuam: & congregabit triticū in horreum ſuum, paleas autem cōburet igni inextingeibili. Eſt enim regnum cœlorū, hoc eſt Eccleſia, adhuc militans, ſicut ſagena miſſa in mare, & ex omni genere piſciū congregans: ſed cum impleta fuerit, eam educent velut ad litus ſedentes boni diſcretíque piſcatores, ſiue apoſtoli & alij paſtores catholici, ſiue ſancti angeli miniſtri illius magni patrisfamilias: & bonos quidem piſces in vaſa ſua reponent, malos autem mittent foras. Tantiſper igitur donec

Galat. 4. *Cantic. 2.* *Matth. 10.* *Ephe. 2.* *Matth. 13.* *Matth. 3.* *Matth. 13.*

donec ſagena Eccleſię quę bonos Chriſtianos malis adhuc permixtos continet, trahitur ad litus, id eſt ad finem ſeculi producitur: ſecernant ſe boni piſces à malis, nõ quidem adhuc corpore, ſed tamen corde: improbos mores ſi qui ſint, in ſtudioſos mutando: non quidem retia rumpendo, ſed ſi fieri poteſt, quod ex i-
Rom.12. pſis eſt, cum omnibus hominibus pacem habendo: nequi probati ſunt malis conſentiendo, ſimul inuoluantur ad pœnam cum venerit tempus ſeparandi. Vos igitur chariſsimi,
2.Petr.3. ſatagite immaculati & inuiolati inueniri in pace domini noſtri, & præſcientes cuſtodite, ne inſipientium errore traducti, excidatis à
Matth.7. propria firmitate. Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium: intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Et quaſi ita peteremus: Sed qui ſunt iſti prophetæ falſi, vnde poterimus dignoſcere? A fructibus eorum (ſtatim ſubiunxit dominus) cognoſcetis eos. Siquis ergo venit ad vos, & catholicã do-
Ioan.2. ctrinam non affert, nolite recipere enim in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi: Aue, communicat operibus eius malignis. Ecce (inquit beatus Ioannes euangeliſta) prædixi vobis, vt in die domini non confunda-
Gala.1. mini. Et beatus Paulus intonans: Si quis (ait) vobis euangelizauerit præter id quod accepiſtis, anathema ſit. Ex quibus nimirum innoteſcit, quantum debeamus alieni eſſe ab omnibus hæreticis, & quibuſcunque peregri-
nas

naſaut varias doctrinas afferentibus: exemplo quoque Apoſtolorum,& apoſtolicorum virorũ in primitiua Eccleſia ſummopere deteſtantium quoſuis hæreticos. vnde legimus beatum Ioannem euangeliſtam,cum apud Epheſum balneas lauandi gratia, fuiſſet ingreſſus, & vidiſſet ibi Cherinthum: exiliiſſe continuo,& diſceſsiſſe non lotum,ac dixiſſe. Fugiamus hinc, ne & balneæ ipſæ corruant in quibus Cherinthus lauatur veritatis inimicus.Polycarpum quoque beatum martyrem, eiuſdem beati Ioannis apoſtoli diſcipulum, & Smyrne epiſcopũ,Marcioni aliquando occurrentẽ,& dicenti: Agnoſce nos, reſpondiſſe.Agnoſco, Agnoſco primogenitum Sathanæ.Tanta tũc apoſtoli domini, atque eorum diſcipuli,circa religionem cautela vtebantur: vt ne verbi quidem communionem habere ſuſtinerent cum aliquo eorum quos à veritate deuiaſſe cõperiſſent. Quocirca & ipſe B. Apoſtolus hæreticum hominem poſt vnã & alteram correptionem Tito diſcipulo deuitãdum ſuadet ac præcipit: nimirum quoniam ſcire debem⁹, quòd peruerſus eſt huiuſmodi, & delinquit,cum ſit proprio iudicio cõdemnatus. Ideoque multum proficit ad impietatem, & ſermo eius ſerpit vt cancer,quare tanquàm immedicabile vulnus velut ferro, ſollicite eſt reſcindendum, ne vel minimum tacta pars, alioqui ſyncera ad exitium trahatur. Tot præmoniti verbis atque exemplis,

Hebr.13. *Euſeb. hiſtor. eccle. lib. 4.c. 14.* *Tit.3.* *2.Timo.2.*

O fideles,non poteſtis aliqua ex parte excuſari ſi vos ipſos ludificari circa ea quę ſunt fidei orthodoxæ,vnquàm patiamini: quãlibet peccatum veſtrum futurũ ſit forte leuius, quàm eorũ qui vos ineſcare ac dementare affectant, fugite ergo procul, fugite incunctanter ab eis

1.Cor.15. Si enim (teſte beato Paulo) corrumpunt bonos mores colloquia mala, &(vt ait Eccleſia-

Eccleſ.13. ſticus) qui tetigerit picẽ, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit ſuperbo,inducet ſuperbiam:fieri ne credibile eſt, vt impuriſsimà hæreticorum & colloquia & conſortia, non corrumpant & inquinent alios?Siquidem(vt ait ſapientiſsimus Salomon.)Qui cum ſapien

Prouerb.13. tibus graditur, ſapiens erit: & amicus ſtultorum,ſimilis efficietur: quid quæſo, à peruerſo homine aliud quàm & loqui & operari peruerſe didiceris? dũ ex abundantia cordis per-

Matth.12. uerſi os nõ niſi peruerſum euomit. Nunquid

Iacob.3. (vt ait beatus Iacobus) fons de eodẽ foramine emanat dulcem & amaram aquam? Nunquid poteſt ficus vuas facere, aut vitis ficus? ſic neque ſalſa dulcem poteſt facere aquã, ne-

Matth.12. que malus homo de malo theſauro proferet vnquàm bona,ſed tantum mala:tum maxime cum impius in profundum venerit, quando

Prouerb.18. & contemnit:nam (vt inquit Sapiens) impij

Sap.1. manibus & verbis accerſunt mortem, & exiſtimantes illam amicam defluunt, & ſponſionem ponunt ad illam:quare merito (teſte eo-

Sap.14. dem Sapiẽte) ſimiliter ſunt deo odio impius,

&

& impietas eius. ac proinde clamat Eſaias: Ve impio in malum, retributio enim manuum eius fiet ei. Quanuis autem impij ſint quaſi mare feruens, quod quieſcere nõ poteſt: ad vltimum tamen in tenebris conticeſcent, quando videlicet aprehenſa beſtia, nempe hæreſis, & cum ea pſeudopropheta, & qui fecit ſigna coram ipſo, quibus ſeduxit eos qui acceperunt characterem beſtiæ, viui miſsi fuerint in ſtagnum ignis ardentis & ſulphuris. Quod ergo conſuluit Moyſes, quãdo abſorpti ſunt Chore, Dathan & Abyrõ, facite optimi Chriſtiani, Eccleſiæ veri filij, recedite à tabernaculis hominum impiorum: & nolite tãgere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorũ: ſed manete ſub alis matris veſtri Eccleſiæ catholicæ, ne accipiter ſpiritualis ſuo rapaci roſtro, & vnguibus recuruis arripiat vos, per imprudentiam diuertentes, ac incaute longius elapſos arreptoſque dilaceret. Siquidem aduerſarius veſter tanquàm leo rugiens, circumit quærens quem deuoret: ſed huic reſiſtendum potiſsimum ab iis qui fortes debent eſſe in fide, fortes autem in fide ſunt omnes, qui inſeparabiliter adhærent Eccleſiæ, quales nos eſſe oportet, ſi propicium velimus ſemper habere ſponſum Eccleſiæ, Chriſtum dominũ alioqui vindicem accerrimum tandem aliquando ſentiemus, ſi vel minimũ aſpernemur ſponſam eius, quam tam charam habuit ac tãtopere dilexit, vt ſeipſum tradiderit pro ea in mortem

Eſa 3. *Eſa. 57.* *1. Reg. 2.* *Apoc. 19.* *Num. 16.* *1. Petr. 5.* *Ephe. 5.*

Philip.2. mortem, mortem autem crucis. Si enim nemo fert impune, ſed meritas dat temporali regi pœnas quiſquis è ſubditis reginam læſerit vel ſpreuerit: quid futurum putandum eſt iis qui vnicam Chriſti regis æterni immortaliſque, ac proinde regis regum, ac domini dominantium ſponſam (in quam & ipſi prius iurauerant) *Apoc.19* violare, auerſari, nihili facere, aliquando præſumpſerint? Adhęreamus ergo illi inconcuſſe, & vt par eſt, in orthodoxa eius fide perſeueremus. Et tãquàm catholicæ Eccleſiæ obſequentes filij, credamus citra omnimodam dubitationem, & firmiter ac certo *2.Macha.12.* aſſentiamur cum canonica ſcriptura, quòd ſancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur: quatinus & nos digni tandem ſimus, qui ab eiuſdem Eccleſiæ ſponſo domino noſtro Ieſu Chriſto, in æternam beatitudinem recipiamur.

Ioannis Tauernerij Calniacenſis, Doctoris Sorbonici, Libri de Purgatorio finis.

Excuſum Pariſiis typis Viuantii Gaulterot,& Sebaſtiani Niuellii. Anno à natiuitate Domini 1551. Menſe Ianuario.

Cum priuilegio regio ad ſexennium.

5-3-7